Oggi 31. Agosto 1814, questo suo lavoro mi donò Giacomo mio primogenito Figlio, che non ha avuto Maestro di Lingua Greca, ed è in età di anni 16, mesi due, giorni due —

Monaldo Leopardi

Attesto di aver letta, ed ammirata la presente traduzione nel Mese di Ottobre dell'anno 1814.

Francesco Cancellieri -

Leop. † 14 Juin 1837
1798
―――
39

29 Ranieri lett. 2
e Giordani, proemio, p. IX,

né le 28 Juin, 1798 } âgé de 39
mort le 14 Juin 1837 } ans, mois 14 j.

1814
16
―――
1798

Porphyrii
De Vita Plotini,
et Ordine Librorum ejus
Commentarius
Graece, et Latine

Ex Versione Marsilii Ficini emendata.

Græca illustravit, et Latina emendavit

Jacobus Leopardi

1814.

Jacobus Leopardi
Lectori

Plotini Philosophi Vita ab ejus discipulo Porphyrio descripta hic exhibetur. Sunt ibi et Longini doctissimi Critici, et Amelii Philosophi haud contemnendi insignia sane fragmenta. Brevis quidem liber, lectu vero haud indignus, tum quia Plotini celebratissimi in litteraria Historia Philosophi, inde apprime mores, ingeniumque innotescunt; tum quia de pluribus illius aevi Philosophis, quorum alibi vix nomen occurrit, quaedam illic notatu digna narrantur. Loco Commentarii alicujus de Porphyrii vita, et operibus, quem docte jam scripserat Holstenius, brevem quamdam, de vitis virorum doctrina illustrium ab antiquis auctoribus conscriptis, commentationem Plotini Vitae praeposui, ibique occasione sumpta, de ipsa Plotini Vita quaedam enarravi. Graeca prodeunt mendis expurgata, quibus librariorum negligentia doctas foedaverat paginas. Divisionem in capita utpote utilissimam adhibui, Fabricium sequutus. Novam latinam versionem adornare, cum illa jam extaret Ficini penitus futile duxi, versionem tamen istam emendando, et Ficinum negligentem saepe, saepe verba ex proprio fonte derivata Porphyrii verbis addentem, in rectum tramitem re=

vocando, studiosis me profuturum existimavi, haud enim valde motum me profiteor rationibus, quibus ductus Salmasius, istiusmodi emendationes improbavit. Mihi porro summorum virorum favent exempla, in quibus sunt et Meibomius, et Hudson, et Olearius, et Davisius, et Heinsius, et alii quamplurimi. Ut vero integra hic Ficini versio exhiberetur, Variata quaedam Plotini vitae subjunxi, in quibus Ficini verba emendationibus meis opponuntur. Post Variata sequuntur Observationes, in quibus omni studio Porphyrium fuse, diligenterque illustrare conatus sum. Ad calcem voluminis observationibus subjecti reperiuntur Indices duo, alter quidem doctorum virorum, quorum meminit in Plotini Vita Porphyrius; alius vero graecarum vocum quae in meis observationibus illustrantur. Hoc mei operis institutum. Utinam quod opto, sperare tamen vix audeo, sors aequa praestet. Litterariam juvet Historiam, eruditisque viris haud ingratum prorsus extet munusculum.

Jacobi Leopardi
De Vitis Virorum doctrina illustrium
Ab antiquis auctoribus conscriptis
Commentatio.

Commentatio

I. Historia universa nil aliud, quam seriem praestat, texturamve Vitarum illustrium virorum. Breves illae Historiolae, quibus Vitam exposuisse sat est Viri unius haud certe parvi faciendae. Angustos intra fines constitutae, minimarumque rerum studiosae illa produnt, quae ampliores Historias praetermisisse non mirum. Iam vero litteraria Historia non minoris forte facienda, quam civilis; majoris immo si probitatis nota inspiciatur. Ista quippe inter bella progredi solet, tumultus, caedesque; illa nonnisi inter pacem, silentiumque gradiri litterariis tantummodo controversiis interdum haud periculose turbatum: ista temporis notat offensas; illa munera: ista populorum clades, regnorum eversiones exponit; illa falsi dogmatis, noxiae sententiae, vitiosi systematis eversiones enarrat: ista ad passionibus satisfaciendum intentos homines retegit; illa ad vitia coercenda: ista nocendi homines cupidos; illa opis ferendae studiosos: ista tandem qualis est ipse hominem pandit; refert illa qualis esse deberet. Magna satis Historiae hujusce praestantia, ne hanc ullus censeat ei contendendam. Illi igitur, qui doctorum acta tradiderunt, et Vitas, non laudibus forte minoribus extollendi, quam ii, quorum ope illorum posteris innotuere facinora, quos humani ingenii destructis operibus super corpora innumera victoriae non poenituit immane erexisse trophaeum. De doctae Historiae Scriptorum aliquibus breviter hic mihi disquirendi est animus, potiores, ut sperare licet, philosophorum plausus adsequuturo, quam eos, quos Collector adipisci posset Scriptorum civilis Historiae.

II Qui litteratorum Catalogos conscripserunt, ut Hesychius Milesius, (1)

(1.) Hesychius Milesius, De Viris Doctrina Claris.

Hieronymus, (2.) Gennadius, (3.) Isidorus, (4.) Idelphonsus, (5.) Sigebertus, (6.) Henricus Gandavensis, (7.) Hebedjesu Chaldaeus, (8.) aliique non a me memorabuntur; nec illi quidem, qui dicta, sententiasve nonnullorum ex doctis collegerunt, ut Plutarchus egit in opere περί τῶν ἀρεσκόντων φιλοσόφοις = De placitis philosophorum =, et Aristoteles, qui Pythagoricorum congessit dogmata, (9.) Xenocratesque fortasse, quem Parmenidis, (10.) et Theophrastus, quem Anaxagorae, (11.) Archelai, (12.) Diogenis, (13.) Metrodori, (14.) Xenocratis (15.) placita collegisse ex Laertio deduci potest; aliique, qui aliorum ex sapientibus dogmata congregarunt. De antiquis auctoribus tantummodo, qui integras scripserunt Vitas illorum, qui doctrinae fama claruerunt mens est mihi verba faciendi.

(2.) S. Hieronymus, Catal. Scriptorum Ecclesiasticorum.

(3.) Gennadius, Catal. Script. Ecclesiastic.

(4.) S. Isidorus, De Viris illustribus.

(5.) S. Idelphonsus, Catal. Script. Ecclesiast.

(6.) Sigebertus, De Scriptor. Eccles.

(7.) Henricus Gandavensis, Catal. Scr. Eccl.

(8.) Hebedjesu, Catal. Scriptorum Chaldaeorum.

(9.) V. Alexandrum Aphrodisiensem, Ad Aristotelis Metaphys. Simplicium, Commentar. ad Aristot. Phys. et de Coelo, Iamblichum, De Vita Pythag. Theonem Smyrnaeum, Arithmetic. Cap. V.

(10.) Diogenes Laertius, De Vit. dogm. et apophth. Clar. Philos. Lib. IV. segm. 13.

(11) Idem in Vita Theophrasti Lib. V. segm. 42.

(12.) Idem l. cit.

(13.) Idem l. c. segm. 45.

(14.) Idem l. c. segm. 44.

(15.) Idem l. c. segm. 47.

III. Ex istis igitur, post Herodorum, qui, ut in Photio (16.) cernimus, historiam Orphei, Musaeique conscripsit eorumdem fortasse Vitas continentem; ac Philonem Hebraeum Alexandrinum, qui Vitas ab ipso memoratas (17.) Isaaci, et Iacob, ut sapientes consideratorum, vitamque Moysis adhuc existentem exaravit; scriptores primum commemorabo Vitae Homeri Graecorum Poetarum Principis. Hicque jam nominanda subest illa Homeri Vita, quae adhuc superest, atque ab Anonymo, quem citat Allacci (18.) breviata fuit; quamque Herodoto Halicarnasseo tribuunt plures, Wood præter alios. Ab eorum sententia longe absunt Vossius, (19.) Ionsius, (20.) le Fevre, Bergler, (21.) Pope, qui Herodoto Halicarnasseo illam Homeri Vitam abjudicandam censent. Fabricio (22.) vero judice argumenta ad suum usque tempus prolata ut Vita illa Herodoto Halicarnasseo demonstraretur abneganda non tanti erant ponderis, ut per illa foret jam quaestio dissoluta. At vir doctus Italiae nostrae decus Ioannes Raynaldus Carli (23.) cum auctorem vitae Homeri, post scriptores alios, qui hoc antea observarant, repugnantem cuidam Herodoti Historiae loco conspexerit, quaestionem denuo prodire jubet, vitamque de qua loquor Herodoto Halicarnasseo contendit. Me=

(16.) Photius, Bibliothec. Cod. LXXX.
(17.) Philo, in Vita Viri civilis, sive de Josepho.
(18.) Allacci, De Patria Homeri.
(19.) Vossius, De Historicis Graecis.
(20.) Ionsius, De Scriptoribus Historiae Philosophicae.
(21.) Bergler, Praefat. ad Homeri edition. Wetstenian. Tom. II. pag. 12. et seqq.
(22.) Fabricius, Bibliothec. Graec. Lib. II. Cap. 1. §. 2.
(23.) Carli, Lettera intorno ad Esiodo §. 6.

moratus historiae ipsius Herodoti locus hic est. (24.) Ἡσίοδον γὰρ καὶ Ὅμηρον ἡλικίην τετρακοσίοισι ἔτεσι δοκέω μεῦ πρεσβυτέρους γε=νέσθαι, καὶ οὐ πλέοσι = Hesiodum enim, et Homerum 400. annis, et non amplius aetate me superasse puto=. Hoc vero, ut vult ipse Carli, ait Hero=dotus rotundum annorum numerum adhibens pro 422. At in vita Ho=meri Herodoto ipsi tributa Poetam istum vixisse legitur 622. annis an=te Xerxis in Europam transitum: ἀφ' οὗ δὲ Ὅμηρος ἐγένετο ἔτεά ἐστιν ἑξακόσια εἰκοσιδύο μέχρι τῆς Ξέρξεω διαβάσεως = a tempore, quo vixit Homerus anni sunt 622 usque ad transitum Xerxis=. Transitus hic locum habuit cum Herodotus quatuor annorum esset aetate, proindeque Ho=merus 618. annis ante Herodoti nativitatem vitam egisset. Ecce, ait Carli, Herodoti historiam repugnantem Vitae Homeri auctori ipsi adscriptae. At si cum Scaligero in vita illa pro ψκβ. 622. legatur φκβ. 422. Carli ar=gumentum sponte corruit. Nam ex Homeri vita deduceretur vixisse il=lum 418. annis ante Herodoti nativitatem, istiusque numeri ab illo 422. discrepantia minima est materiamque objectionis nequit constituere. Jam vero notae numerales ψ. et φ. non parum sunt inter se similes, potue=runtque facillime a librariis confundi. Ait Carli, et ante Carli dixerant scriptores alii, neminem ex antiquis auctoribus vitae illius meminisse praeter Stephanum Byzantinum (25.) ac Suidam. (26.) Eam nominavit etiam Eustathius, (27.) citavitque bis Scholiastes Luciani; (28.) auctores tamen re=

(24.) Herodotus, Histor. Lib: II. Cap. 53.

(25.) Stephanus Byzantinus, De gent. art. νέον τεῖχος.

(26.) Suidas, Lex. art. Ὅμηρος, et χρήμη.

(27.) Eustathius, Prolegom. ad Iliad. et Commentar. ad Iliad. Lib. I.

(28.) Scholiastes Luciani, ad Ver. Histor. Lib. II. et ad Somn. seu Gall.

centiores quamvis Graeci. Nemo vero eam vitam adlegans auctoris patriam indicat, contentus Herodoti nomine eum adpellasse. Hinc laudato Carli orta suspicio auctorem vitae illius fuisse Herodotum Olophyxium pace, ut ipse inquit Fabricii, qui conjecturam hanc indicaverat non vero probaverat. At locum habemus Tatiani, quo Herodotus Halicarnasseus illis, qui de Homeri poesi, genere, ac aetate verba fecerunt connumeratur. Hujus loci Carli non meminit fortasse quia nimis acre adversus se bellum gerit. Nec ratio vult, ait Fabricius, (29.) ut Homerum a Tatianum respexisse dicamus ad illum Herodoti historiae locum, in quo obiter de Homero loquitur Historicus; (30.) Tatianus enim Herodotum in numerum refert illorum, qui scriptis etiam peculiaribus de Homero sermonem instituerunt. Valida vero objectio, quam Carli non adfert illa est, quae Herodotum Homeri vitae repugnantem demonstrare contendit, hoc deducens ex illo vitae loco, quo Homeri aetas ponitur circa annum 168. post bellum Trojcum. Equidem L. Cassius Hemina apud Gellium (31.) ait similiter vixisse Homerum 160. et amplius annis post bellum ipsum, ac Michael Glycas (32.) vixisse ait Homerum annis 160. post captum Ilium: sed opponitur, ex Herodoto affirmante Homerum annis ante se 400. vitam egisse deduci vixisse ipsum 340. annis post Ilii expugnationem. cum anni 740. inter hanc, et Herodoti epocham intercesserint, indeque Herodotum Homeri vitae repugnantem reperiri. Hoc opponenti quid respondendum sit nescio,

---

(29.) Fabricius, Biblioth. Gr. Lib. II. Cap. 1. §. 3. in not.

(30.) Herodotus, Hist. Lib. II. Cap. 53.

(31.) L. Cassius Hemina, Annal. Lib. I. ap. Aulum Gellium Noct. Attic. Lib. XVII. Cap. 21.

(32.) Glycas, Annal.

nisi forte dicendum alium in Homeri Vitam errorem irrepsisse, vel Herodotum circa Homeri aetatem sententiam mutasse.

IV. Ut ad Tatianum revertar, locum, quem memoravi hic adpono. (33) Περὶ γὰρ τῆς ποιήσεως τοῦ Ὁμήρου, γένους τε αὐτοῦ, καὶ χρόνου καθ' ὃν ἤκμασεν, προηρεύνησαν οἱ πρεσβύτατοι, Θεαγένης τε ὁ Ῥηγῖνος ὁ κατὰ Καμβύσην γεγονὼς, Στησίμβροτός τε ὁ Θάσιος, καὶ Ἀντίμαχος ὁ Κολοφώνιος, Ἡρόδοτός τε ὁ Ἀλικαρνασσεὺς, καὶ Διονύσιος ὁ Ὀλύνθιος, μετ' ἐκείνους Ἔφορος ὁ Κυμαῖος, καὶ Φιλόχορος ὁ Ἀθηναῖος, Μεγακλείδης τε, καὶ Χαμαιλέων οἱ περιπατητικοὶ, ἔπειτα γραμματικοὶ Ζηνόδοτος, Ἀριστοφάνης, Καλλίμαχος, Κράτης, Ἐρατοσθένης, Ἀρίσταρχος, Ἀπολλόδωρος. = De Homeri enim poesi, genereque ipsius, ac tempore, quo floruit disquisiverunt antiquissimi, Theagenesque Rheginus qui vixit regnante Cambyse, Stesimbrotusque Thasius, et Antimachus Colophonius, Herodotusque Halicarnasseus, ac Dionysius Olynthius, post eos Ephorus Cumaeus, et Philochorus Atheniensis, Megaclidesque, et Chamaeleon peripatetici, deinde grammatici Zenodotus, Aristophanes, Callimachus, Crates, Eratosthenes, Aristarchus, Apollodorus =. Quod ad Theagenem spectat hoc in loco memoratum consulendi circa ipsum Aristophanis Scholiastes, (34) et Suidas; (35.) circa Stesimbrotum Plato (36.) circa Antimachum Eustathius locis pluribus, et minora ad Homerum Scholia; (37)

(33.) Tatianus, Orat. Contra Graecos.

(34) Scholiastes Aristophanis, ad Aves, et ad Pacem.

(35.) Suidas, Lex. art. ἑκάτειον, Θεαγ. et ὑηνεία.

(36.) Plato in Ione.

(37.) Scholia minora ad Homer. Iliad. Lib. V. vers. 349.

circa Ephorum Gellius, (38.) et Homeri vita Plutarcho adscripta; circa Philochorum Gellius; (39.) circa Megaclidem Suidas; (40.) circa Chamaeleontem, qui non de Homero duntaxat, sed de Aeschylo (41.) etiam scripsit; de Anacreonte, (42.) Laso Hermioneo, (43.) Pindaro, (44) Sapphone, (45.) Simonide, (46.) Stesichoro, (47.) ac Thespide, (48.) Diogenes Laertius, (49.) et Scholiastes Apollonii; (50.) circa Zenodotum Suidas; (51.) circa Aristophanem vita Arati edita a Victorio, et Petau, Eustathius pluribus in locis, et minora ad Homerum Scholia; (52.) circa Callimachum Eustathius; circa Cratem Suidas, (53.) Eustathius locis variis, et Scholia

---

(38.) Aulus Gellius, Noct. Attic. Lib. III. cap. 11.

(39.) Idem, l. cit.

(40.) Suidas, Lex. art. ἀθηναίας.

(41.) Athenaeus, Deipnosophist. Lib. IX. et X.

(42.) Idem, l. cit. Lib. XII.

(43.) Idem, l. c. Lib. VIII.

(44) Idem, l. c. Lib. XIII.

(45.) Idem, l. c.

(46.) Idem, l. c. Lib. X. XIII. XIV.

(47.) Idem, l. c. Lib. XIV.

(48.) Suidas, Lex. art. οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον. Apostolius, Collect. Proverb. Centur. XV. Proverb. 13.

(49.) Diogenes Laertius, in vita Heraclidis Lib. V. segm. 95.

(50.) Scholiastes Apollonii, ad Argonaut. Lib. II. vers. 906.

(51.) Suidas, Lex. art. Ζηνόδοτος

(52) Scholia minora ad Homer. Iliad. l. I. ver. 5. Odyss. Lib. II. ver. 190. Lib XXIV. v. 296.

(53.) Suidas, Lex. art. Κράτης Τιμοκράτους.

ad Homerum minora, Clemens praeterea Alexandrinus (54.) et Strabo; circa Aristarchum Eustathius, Scholia minora ad Homerum, Strabo, et Galenus; circa Apollodorum denique Strabo, Stephanus Byzantinus,(55.) Athenaeus,(56.) Apollonii, (57.) et Nicandri Scholiastae,(58) Joannes Tzetzes,(59.) Eustathius, et minora Scholia ad Homerum.

V. Tres breves Homeri vitas in lucem protulit Allacci, quarum primam Allacci ipse Proclo tribuit. Vita ista, quam edidit etiam Barnes, ex Fabricii (60.) conjectura partem olim constituit τῆς Χρηστομαθείας γραμματικῆς Chrestomathiae grammaticae Procli, in qua, Photio auctore, (61.) Proclus ipse cum de Poetis loqueretur eminere inter illos dicebat Homerum, Hesiodum, Pisandrum, Panyasim, et Antimachum ac de istorum genere, patria, operibusque nonnullis verba faciebat. Duarum, quae supersunt Homeri vitarum, quas Allacci edidit quinam Auctores sint ignotum.

VI. Aliam habemus Homeri vitam vulgariter adscriptam Plutarcho, quem peculiari opere de Homero scimus fuisse loquutum. Quatuor ipsius libri Ὁμηρικῶν μελετῶν = Exercitationum Homericarum = quadragesimum primum locum tenent in Lampriae Catalogo scriptorum

---

(54.) Clemens Alexandrinus, Stromat. Lib. I.

(55.) Stephanus Byzantinus, De Gent. art. ἄργυρα, κορώνη, πλαταιαί, τένεδος, ὤλενος.

(56.) Athenaeus, Deipnosoph. Lib. III.

(57.) Scholiastes Apollonii, ad Argonaut. Lib. III. vers. 1089.

(58.) Scholiastes Nicandri, ad Alexipharm.

(59.) Tzetzes, Chiliad. VII. ver. 761.

(60.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. II. Cap. 1. §. 5. Lib. V. Cap. 26. §. 12.

(61.) Photius, Biblioth. Cod. CCXXXIX.

Patris sui Plutarchi. Idem opus adlegatur in minoribus Scholiis ad Homerum,(62.) ab Euripidis Scholiaste,(63.) et Galeno.(64.) Plutarchus ἐν μελέτῃ Ὁμήρου = in exercitatione Homeri = citatur ab auctore magni Ethymologici; (65.) = in primo librorum, quos de Homero composuit = ab Aulo Gellio, (66.) qui alibi (67.) eum citat quoque = secundo librorum, quos de Homeri composuit.= Sed quae ibi ex Plutarchi opere refert in illo, quod habemus de Homeri Vita Plutarcho ipsi adscripto frustra quis quaereret. Observatum Henrico Stephano unam hoc opus vitam non continere sed duas simul coalitas, alteriusque ex istis verum auctorem Plutarchum Jonsius (68.) existimavit, ac Gale, qui vitae alius Dionysium Halicarnasseum auctorem putavit. Gataker (69.) memoratae Homeri Vitae auctorem Phavorinum suspicatus est, Apolloniumve Alexandrinum, sed illorum neutri vitam ipsam tribuendam censet Fabricius, (70.) qui erit consulendus.

VII. Plutarchus, ut ex Lampria (71.) cognoscitur vitam scripsit etiam Hesiodi, vitamque Pindari, cujus praeter Lampriam (72.) me=

(62.) Scholia minora ad Homer. Iliad. Lib. XV. vers. 625.

(63.) Scholiastes Euripidis, ad Alcest. vers. 1128.

(64.) Galenus, De Hippocratis, et Platonis placitis Lib. III.

(65.) Ethymologicum magnum art. ἀνεμοτρεφές.

(66.) Aulus Gellius, Noct. Attic. Lib. IV. Cap. 11.

(67.) Idem, l. cit. Lib. II. cap. 8.

(68.) Jonsius, De Scriptor. Histor. Philosoph.

(69.) Gataker, Adversar.

(70.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. II. Cap. 1. §. 4.

(71.) Lamprias, De Scriptis Plutarchi num. 35.

(72.) Idem, l. cit. num. 36.

minit Photius,(73.) ac Vitam Cratetis (74.) Philosophi Cynici Juliano (75.) etiam, et Photio (76.) memoratam. Istas vitas amisimus; illas vero habemus Demosthenis, ac Ciceronis, vitasque itidem Solonis, Lycurgi, ac Numae qui ut legislator spectatus locum inter sapientes habere potest. In Lampriae Catalogo vigesimum quartum locum tenent Vitae Arati, et Artaxerxis, ac denuo numero trigesimo nono indicatur Vita Arati. Hinc suspicari quis posset duorum Aratorum scriptas a Plutarcho fuisse Vitas, Sicyonii scilicet, et Poetae. Vita Sicyonii a Lampria numero vigesimo quarto indicata adhuc superest, vitam Poetae si a Plutarcho scripta fuit certe amisimus.

VIII. Veteres duae Vitae habentur Arati Poetae, ambae Anonymi Auctoris. Ab Anonymo scripta fuit etiam Vita Pythagorae sed haec intercidit solis reliquiis excerptis apud Photium.(77.) Ab Anonymis scriptae quoque fuerunt Vitae adhuc superstites Aeschyli, Apollonii Dyscoli, Apollonii Rhodii, Aristophanis, Hermogenis, Nicandri Colophonii, Oppiani, Sophoclis, Theocriti, et Thucydidis, ab Anonymis Graeco altero, alioque latino Vita Aristotelis; ab Anonymo Vita Aeschinis Oratoris Atheniensis, cujus Vitam scripsit etiam Apollonius Grammaticus. Reperitur etiam ejus vita inter illas a Plutarcho conscriptas decem Rhetorum, Antiphontis scilicet, Andocidis, Lysiae, Isocratis, Isaei, Lycurgi oratoris, Demosthenis, Aeschinis, Hy-

---

(73.) Photius, Biblioth. Cod. **CLXI**.

(74.) Lamprias, De script. Plutar. num. 37.

(75.) Julianus, Orat. **VI**.

(76.) Photius, Biblioth. Cod. **CLXI**.

(77.) Anonymus, De Vita Pythagorae ap. Photium Biblioth. Cod. **CCLIX**.

peridis, et Dinarchi.

IX. Plures illustrium doctrina virorum Vitas scripsit Aristoxenus dictus Musicus, filius Spinthari. Ex istis Vita Pythagorae citatur a Clemente Alexandrino, (78.) et Porphyrio. (79.) Aristoxenus = in libro quem de Pythagora reliquit = adlegatur ab Aulo Gellio, (80.) qui nonnulla ejus verba refert. Ἐν τῷ περὶ Πυθαγόρου, καὶ τῶν γνωρίμων αὐτοῦ = in libro de Pythagora ejusque discipulis = citatur Aristoxenus a Diogene Laertio. (81.) Ad Pythagorae vitam respiciunt etiam Laertius alibi, (82.) Athenaeus, (83.) ac Theodoretus (84.) Aristoxenum adlegantes. Auctor ipse a scriptore Θεολογουμένων Ἀριθμητικῆς Theologumenon Arithmetices = citatur de Pythagora agens; ἐν τῷ περὶ Πυθαγορικοῦ βίου ~~adleg~~ = in libro de Pythagorica Vita = adlegatur a Jamblicho. (85.) Scripsit Aristoxenus vitam quoque Archytae philosophi Pythagorici quam memorat Athenaeus. (86.) Diogenes Laertius de Archyta disserens bis (87.) citat Aristoxenum. Vitam Hipponis Philosophi itidem Pythagorici scripsit Aristoxenus, vitamque

---

(78.) Clemens Alexandrinus, Stromat. Lib. I.

(79.) Porphyrius, De Vita Pythagorae.

(80.) Aulus Gellius, Noct. Attic. Lib. IV. cap. 11.

(81.) Diogenes Laertius, in Vita Pherecydis Lib. I. segm. 118.

(82.) Idem, in Vita Pythagorae Lib. VIII. segm. 1. 7. 13. 20.

(83.) Athenaeus, Deipnosoph. Lib. X.

(84.) Theodoretus, De Curat. Graec. affect. Lib. I.

(85.) Jamblichus, De Vita Pythagorae.

(86.) Athenaeus, Deipnos. Lib. XII.

(87.) Diogenes Laertius, in Vita Archytae Lib. VIII. segm. 79. 82.

Socratis, cujus e veteribus meminere Porphyrius apud Cyrillum,(88.) ac Theodoretus.(89.) Laertius,(90.) Athenaeus,(91.) Synesius(92.) de Socrate agentes Aristoxenum nominant. Plutarchus (93.) aliqua refert, quae de Socrate scripsit hic auctor. Notum etiam Aristoxenum scripsisse Platonis Vitam. Adlegant Diogenes Laertius,(94.) Aristoclesque Peripateticus apud Eusebium.(95.) Innominato Aristoxeni opere citat etiam bis Laertius (96.) Auctorem ipsum in sua Platonis Vita. Laudat Apollonius Dyscolus (97.) Vitam Telestis ab Aristoxeno similiter exaratam. Suspicatur Meursius (98.) vitam quoque Xenophili Musici conscripsisse Aristoxenum isto motus Luciani (99.) loco: Ξενόφιλος δὲ ὁ μουσικὸς, ὥς φησιν Ἀριστόξενος, προσχὼν τῇ Πυθαγόρου φιλοσοφίᾳ ὑπὲρ τὰ πέντε, καὶ ἑκατὸν ἔτη Ἀθήνησιν ἐβίωσε. Xeno=

(88.) Porphyrius apud S. Cyrillum, Contra Julian. Lib. VI.

(89.) Theodoretus, De Curat. Graec. affect. Lib. XII.

(90.) Diogenes Laertius, in Vita Socratis Lib. II. segm. 19. 20.

(91.) Athenaeus, Deipnos. Lib. XIII.

(92.) Synesius, Encom. Calvit.

(93.) Plutarchus, De Herodoti malignitate.

(94.) Diogenes Laertius, in Vita Aristotelis Lib. V. segm. 35.

(95.) Aristocles, De Philosophia Lib. VII. ap. Eusebium, Praeparat. Evangel. Lib. XV. Cap. 2.

(96.) Diogenes Laertius, in Vita Platonis Lib. III. segm. 8. 37.

(97) Apollonius Dyscolus Histor. Commentit. Cap. XL.

(98.) Meursius Biblioth. Graec. Lib. I. art. Aristoxenus Tarentinus, et Not. ad Aristoxen. Harmonic. Elemen.

(99.) Lucianus, Macrob.

philus musicus, ut inquit Aristoxenus, adhaerens Pythagoricae philoso=
phiae ultra annos quinque, et centum Athenis vitam produxit.= Simi=
liter scripsisse Aristoxenum vitam Heraclidis Pontici Philosophi, ~~Epi~~
Grammatici, Musici, ac Historici colligi potest ex Laertio, (100.) qui de
Heraclide ait: φησὶ δ' Ἀριστόξενος ὁ μουσικὸς καὶ τραγῳ=
δίας αὐτὸν ποιεῖν, καὶ Θέσπιδος αὐτὰς ἐπιγράφειν.= Inquit A=
ristoxenus musicus tragoedias quoque illum composuisse, et Thespi=
dis eas inscripsisse.= Sed nescio an potius quam ad Heraclidis, ad
Thespidis vitam respexisse hic dicendus Diogenes. Vitam etiam Xe=
nocratis conscripsisse Aristoxenum deducere quis posset ex istis Laertii
(101.) verbis: γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι Ξενοκράτεις ἕξ..... ἕκτος, ᾄσ=
ματα γεγραφώς, ὥς φησιν Ἀριστόξενος.= Fuerunt etiam alii Xeno=
crates sex..... Sextus, qui cantica scripsit, ut ait Aristoxenus.= Simili=
ter Aristoxenum Lasi vitam scripsisse colligendum fortasse quis duceret
ex hoc ipsius Laertii (102.) loco: Ἕρμιππος δ' ἐν τῷ περὶ τῶν σοφῶν,
ἑπτακαίδεκα φησὶν (τοὺς σοφοὺς) ὧν τοὺς ἑπτὰ ἄλλους ἄλλως αἱ=
ρεῖσθαι. Εἶναι δὲ Σόλωνα, Θαλῆν, Πιττακὸν, Βίαντα, Χείλωνα,
Μύσωνα, Κλεόβουλον, Περίανδρον, Ἀνάχαρσιν, Ἀκουσίλαον, Ἐπι=
μενίδην, Λεώφαντον, Φερεκύδην, Ἀριστόδημον, Πυθαγόραν, Λᾶ=
σον Χαρμαντίδου, ἢ Σισυμβρίνου, ἢ ὡς Ἀριστόξενος Χαβρίνου,
Ἑρμιονέα, Ἀναξαγόραν.= Hermippus autem in scripto de Sapientibus de=
cem, et septem esse ait (Sapientes) inter quos septem illos alios aliter seli=
gere. Eos vero esse Solonem, Thaletem, Pittacum, Biantem, Chilonem,

---

(100.) Diogenes Laertius, in Vita Heraclidis Lib. V. segm. 92.

(101.) Idem, in Vita Xenocratis Lib. IV. segm. 15.

(102.) Idem, in Vita Thaletis Lib. I. segm. 42.

Mysonem, Cleobulum, Periandrum, Anacharsim, Acusilaum, Epime-
nidem, Leophantum, Pherecydem, Aristodemum, Pythagoram, Lasum
Charmantidae, vel Sisymbrini, sive, ut Aristoxenus, Chabrini filium,
Hermioneum, Anaxagoram. Sic ni fallor restituendus iste locus, in
quo post Χείλωνα habebatur ~~Cleo~~ Κλεόβουλον omisso Mysonis nomi-
ne. Sed hoc ablato Sapientum nomina non amplius septendecim nume-
ro essent, sed sexdecim duntaxat, cum tam negligens putari nequeat
Laertius, vel Hermippus, ut ex Laso Hermioneo duos confecerit viros,
dictum alterum Lasum, alterumque Hermioneum. Verbum vero
Μύσωνα = Mysonem = posui post Χείλωνα = Chilonem = quadam
ambarum vocum motus affinitate, quae librariorum errori locum
praebere potuit. In eodem Laertii loco pro Σισυμβρίνου = Sisym-
brini = legit aliquis Συμβρίνου = Symbrini. = Σισυμβρίνου vero habent
Codex Laertii Arundelianus, et Laertii ipsius editio Amstelodamensis anni
1692. Suidas, et Aristophanis Scholiastes (103.) habent Χαρβίνου pro Χα-
βρίνου. Quod vero ad Aristoxenum spectat dici potest Laertium cita-
to loco potius quam ad Lasi vitam respexisse ad Aristoxeni opus πε-
ρὶ μουσικῆς = De musica = qua scimus Aristoxenum historiam
musices tradidisse. Lasus Hermioneus in hanc artem scripserat. In
eodem opere egit fortasse Aristoxenus de Dionysio Thebano, et
Sapphone quorum meminit apud Plutarchum.(104.) Conjecturis ul-
terius concedens suspicari posset aliquis vitam etiam Legum lato-
ris Lycurgi nos amisisse scriptam olim ab Aristoxeno istis motus

---

(103.) Scholiastes Aristophanis, ad Vespas.

(104.) Aristoxenus apud Plutarchum, De musica

Plutarchi (105.) verbis: τελευτῆσαι δὲ τὸν Λυκοῦργον οἱ μὲν ἐν ~~Κίῤῥα~~ Κίῤῥᾳ λέγουσιν· Ἀπολλόθεμις δὲ ~~ἐν~~ εἰς Ἦλιν κομισθέντα· Τίμαιος δὲ καὶ Ἀριστόξενος ἐν Κρήτῃ καταβιώσαντα. Καὶ τάφον ~~αὐτοῦ~~ Ἀριστόξενος αὐτοῦ δείκνυσθαι φησὶν ὑπὸ Κρητῶν τῆς Περγαμίας περὶ τὴν ξενικὴν ὁδόν. = Obiisse Lycurgum in Cirra dicunt aliqui: Eum Helim translatum narrat Apollothemis: in creta vero extinctum Timaeus, et Aristoxenus. Sepulchrum ejus Aristoxenus ostendi ait a Cretensibus Pergamiae, juxta viam publicam = Aristoxenus ἐν Πραξιδαμαντείοις = in Praxidamanteis = citatur ab Harpocratione. (106.) Hinc forte suspicio poterit exoriri vitam quoque Praxidamantis scripsisse Aristoxenum. De tragicis quoque scripsisse Auctorem ipsum docemur ab Ammonio Grammatico (107.) Vitas ab hoc scriptore exaratas generaliter memorat Plutarchus. (108.) Ὡς, ait ille, τὸν Ἡροδότου τὰ Ἑλληνικὰ, καὶ Περσικὰ τὸν Ξενοφῶντος... ἢ τὰς περιόδους Εὔδοξος... ἢ βίους ἀνδρῶν Ἀριστόξενος ἔγραψεν: = Ut Herodotus Graeca, et Persica Xenophon, vel periodos Eudoxus... vel virorum vitas Aristoxenus conscripsit. = Aristoxeni vitas doctorum generatim etiam ~~indicat~~ Hieronymus, (109.) cujus haec verba: = Fecerunt quidem hoc idem apud Graecos Hermippus Peripateticus, Antigonus Carystius, Satyrus vir doctus; et longe omnium doctissimus Ari=

(105.) Plutarchus, in Vita Lycurgi.

(106.) Harpocratio, Lex. art. Μουσαῖος

(107.) Ammonius Grammaticus, De Differ. verborum art. ῥύεσθαι, et ἐρύεσθαι

(108.) Plutarchus, Quod non suaviter vivendum sit secundum Epicurum.

(109.) S. Hieronymus, Praefat. ad Lib. de Scriptor. Ecclesiastic.

stoxenus Musicus. = Omnes Aristoxeni vitae maxima litteratorum jactura miserrime interciderunt.

X. Deperditae etiam quamplures doctorum vitae a Smyrnaeo Hermippo conscriptae haud unquam satis defletae. Ejus biographica opera doctorum vitis pertinentia loco modo prolato generaliter indicat Hieronymus. Adlegat Laertius (110.) Hermippi opus περὶ τῶν σοφῶν = De Sapientibus = verisimiliter ab illo περὶ τῶν ἑπτὰ σοφῶν = De septem Sapientibus = quod alibi citat Laertius ipse (111.) non diversum. Fortasse etiam ubi in Laertio legitur περὶ τῶν σοφῶν = de sapientibus = verbum ἑπτὰ = septem = vel sola numerali nota ζ 7. negligenter omissa fuit a librariis. Hermippi opus περὶ τῶν ἑπτὰ σοφῶν citant etiam Athenaeus, (112.) et Proclus. (113.) Adlegat Suidas (114.) Hermippum ἐν β τῶν ~~πε~~ διαπρεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων = in libro secundo de servis doctrina claris =, et auctor magni Ethymologici (115.) ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ λαμψάντων λόγῳ = in scripto de viris doctrina illustribus. = Laertius (116.) Hermippi laudat librum primum περὶ Μάγων = de Magis =, et alibi non semel (117.) auctorem ipsum citat ἐν τοῖς βίοι

(110.) Diogenes Laertius, in Vita Thaletis Lib. I. segm. 42.

(111.) Idem, in Vita Eudoxi Lib. VIII. segm. 88.

(112.) Athenaeus Deipnos. Lib. X.

(113.) Proclus, ad Hesiod. Op. et dier. Lib. I. vers. 41.

(114.) Suidas, Lex. art. Ἴστρος.

(115.) Ethymologicum magnum art. ἀπάμεια.

(116.) Diogenes Laertius, Procem. ad op. de vit. dog. et apoph. Clar. Philos. segm. 8.

(117.) Idem, in Vita Thaletis Lib. I. segm. 33. in Vita Anaxagorae Lib. II. segm. 13. in Vita Aristotelis Lib. V. segm. 2.

in vitis. Quorumnam ex Sapientibus Vitas memoriae mandasset Hermippus in insigni suo biographico opere colligere possumus ex Athenaeo qui ejus citat libros περὶ Γοργίου = De Gorgia =; (118.) et περὶ Ἀριστοτέλους = de Aristotele =: (119.) ex Josepho Judaeo, (120.) qui de Pythagora ~~log~~ loquens ait: πολλοὶ δὲ τὰ περὶ αὐτὸν ἱστορήκασι, καὶ τούτων ἐπισημότατός ἐστιν Ἕρμιππος, ἀνὴρ περὶ πᾶσαν ἱστορίαν ἐπιμελής = Multi res suas enarrarunt, et istorum clarissimus est Hermippus, vir circa omnem historiam sedulus =: ex Laertio vero praecipue, qui Hermippum adlegat ἐν τῷ περὶ Θεοφράστου = in libro de Theophrasto =, (121.) ἐν τῷ περὶ Ἀριστοτέλους = in libro de Aristotele =, (122.) ἐν β′ περὶ Πυθαγόρου = in libro secundo de Pythagora = (123.) Libri isti, ut putare licet, vitas continebant doctorum, quorum nomina ferunt in titulis a citatis auctoribus indicatis, partemque constituebant magni Hermippi operis biographici. Citat hunc auctorem Laertius loquens de Pherecyde, (124.) Anaxagora, (125.) Alexino, (126.) Stilpone, (127.) Menedemo, (128.)

(118.) Athenaeus, Deipnos. Lib. XI.
(119.) Idem, l. c. Lib. XIII. et XV.
(120.) Josephus, Contra Apionem Lib. I.
(121.) Diogenes Laertius, in Vita Xenophontis. Lib. II. segm. 55.
(122.) Idem, in Vita Aristotelis Lib. V. segm. 1.
(123.) Idem, in Vita Pythagorae Lib. VIII. segm. 10.
(124.) Idem, in Vita Pherecydis Lib. I. segm. 117.
(125.) Idem, in Vita Anaxagorae Lib. II. segm. 13.
(126.) Idem, in Vita Euclidis Lib. II. segm. 109.
(127.) Idem, in Vita Stilponis Lib. II. segm. 120.
(128.) Idem, in Vita Menedemi Lib. II. segm. 142.

Platone,(129) Arcesilao,(130.) Aristotele, (131.) Lycone,(132.) Demetrio Phalereo,(133.) Heraclide Pontico,(134.) Antisthene,(135.) Menippo,(136.) Chrysippo,(137.) Pythagora, (138.) Empedocle, (139.) Heraclito,(140.) Zenone Eleate,(141.) Democrito, (142.) et Epicuro.(143.) Hinc suspicari quis posset opus Hermippi biographicum sapientum istorum omnium vitas continuisse. Est in Laertio (144) locus, ubi dum citatur Hermippus dubium relinquitur an ad vitam Philolai, vitamve Platonis respexerit Laertius. Adlegat hic etiam Hermippum de Chilone loquens,(145.) sed quod ait tunc ab Hermippo referri depromptum est verisimiliter ex ipsius opere

---

(129.) Idem, in Vita Platonis Lib. III. segm. 2.
(130.) Idem, in Vita Arcesilai Lib. IV. segm. 44.
(131.) Idem, in Vita Aristotelis Lib. V. segm. 2.
(132.) Idem, in Vita Lyconis Lib. V. segm. 67.
(133.) Idem, in Vita Demetrii Phalerei Lib. V. segm. 78.
(134.) Idem, in Vita Heraclidis Lib. V. segm. 91.
(135.) Idem, in Vita Antisthenis Lib. VI. segm. 2.
(136.) Idem, in Vita Menippi Lib. VI. segm. 99.
(137.) Idem, in Vita Chrysippi Lib. VII. segm. 184.
(138.) Idem, in Vita Pythagorae Lib. VIII. segm. 1. 40. 41.
(139.) Idem, in Vita Empedoclis Lib. VIII. segm. 51. 56. 69.
(140.) Idem, in Vita Heracliti Lib. IX. segm. 4.
(141.) Idem, in Vita Zenonis Eleatis Lib. IX. segm. 27.
(142.) Idem, in Vita Democriti Lib. IX. segm. 43.
(143.) Idem in Vita Epicuri Lib. X. segm. 2.
(144.) Idem, in Vita Philolai Lib. VIII. segm. 85.
(145.) Idem, in vita Chilonis Lib. I. segm. 72.

περὶ τῶν ἑπτὰ σοφῶν = de septem sapientibus = quod tamen pars fortasse fuit magni Hermippi operis biographici. Similiter loco ubi de Anacharsi loquens citat Laertius (146.) Hermippum respicere potest ad hujusce scriptum περὶ νομοθετῶν = de Legumlatoribus = quod adlegant Athenaeus, (147.) Porphyrius, (148.) Origenes. (149.) Reapse eodem loco mentio fit Solonis. Ubi Laertius (150.) Hermippum citans Thaletis simul et Solonis meminit potuit simili modo ad opus περὶ νομοθετῶν respicere. De Pythagora loquens adlegat Hermippum Athenaeus (151.) qui ipsum laudans dum de Diodoro Aspendio Pythagorico sermonem habet (152.) potest vel ad Pythagorę vitam alicujusve Pythagorici, vel ad vitam Diodori ipsius ab Hermippo forte conscriptam respicere. Idem auctor agens quoque de Lysimacho discipulo, ut ipse voluit, Theophrasti citatur ab Athenaeo. (153.) Hic, (154.) et Phavorinus apud Laertium (155.) Hermippum adlegant de Theophrasto loquentem. Ille, quem Phavorinus citat Hermippus non Berytius est ut male visum Gerardo Joanni Vossio (156.) sed Smyrnaeus, ut cum Isaaco

(146.) Idem, in Vita Anacharsis Lib. I. segm. 101.
(147.) Athenaeus, Deipnos. Lib. IV. XIII. XIV.
(148.) Porphyrius, De Abstinent. ab animat. Lib. V.
(149.) Origenes, Contra Celsum Lib. I.
(150.) Diogenes Laertius, in Vita Thaletis Lib. I. segm. 33.
(151.) Athenaeus, Deipnos. Lib. V.
(152.) Idem, l. c. Lib. IV.
(153.) Idem, l. c. Lib. VI.
(154.) Idem, l. c. Lib. I.
(155.) Phavorinus apud Laertium, in Vita Theophrasti Lib. V. segm. 41.
(156.) Vossius, De Historicis Graecis Lib. I. Cap. 12.

Vossio, ~~et Hu~~ (157) et Humfredo Hody (158) existimavit Aegidius Mena=gius. (159) Vitamne Stilponis, vitamve Philisci respexerit Suidas (160) Hermippum nominans, nescio. Ejus haec sunt verba: Φιλίσκος Αἰ=γινήτης, ὁ διδάξας γράμματα Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα. Αὐ=τὸς δὲ ἀκουστὴς ἦν τοῦ Κυνὸς Διογένους· κατὰ δὲ Ἕρ=μιππον Στίλπωνος. = Philiscus Aegineta, qui litteras docuit Alexan=drum Macedonem. Auditor autem fuit ipse Diogenis Canis, juxta Her=mippum vero Stilponis = Differt hic Philiscus a Philisco alio, Isocra=tis discipulo qui de vita Oratoris Lycurgi scripsisse fertur. Ignotum an peculiare scriptum, partisve insignis biographici operis Hermippi censen=dum illud περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν = De Isocratis discipulis = memoratum Dionysio Halicarnasseo, (161.) Athenaeo, (162.) et Harpocratio=ne, (163.) apud quem male legebatur Εὔριπος = Euripus = pro Ἕρμιππος = Hermippus =; et περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθημάτων = de Isocratis disciplinis = pro περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν = de Isocratis discipu=lis = Errores hos notavit Meursius. (164.) Ad opus de Isocratis discipu=lis respexerunt ut conjectare fas est Athenaeus (165.) Hermippum ci=tans ἐν τῷ περὶ Ἰσοκράτους = in libro de Isocrate =, Plutar=

(157.) Vossius, De LXX. Interpret. Cap. II.

(158.) Hody, Dissert. Contra Histor. Aristeae de LXX. Interpret. Cap. IV.

(159.) Menagius, Observ. et Emendat. in Diog. Laer. Vit. Theophras. Lib. V. seg. 41.

(160.) Suidas, Lex. art. Φιλίσκος Αἰγινήτης.

(161.) Dionysius Halicarnasseus, De Orator. Attic. Commentar. De Isaeo.

(162.) Athenaeus, Deipnos. Lib. VIII. X.

(163.) Harpocratio, Lex. art. Ἰσαῖος.

(164.) Meursius, Attic. Lection. Lib. IV. cap. 21.

(165.) Athenaeus, Deipnos. Lib. XIII.

chusque auctorem ipsum laudans in Vitis Hyperidis, et Demosthenis. Hermippum de Demosthene agentem adlegant etiam Gellius, (166.) et Suidas. (167.)

XI. Ab Hieronymo loco, quem retuli de Aristoxeno verba faciens generatim memorantur litteratorum vitae a Satyro conscriptae, quem Hieronymus ipse virum doctum adpellat. Satyri vitas praeter Athenaeum (168.) citat non semel Laertius, (169.) qui Satyrum laudans cum de Biante (170.) loquitur, de Anaxagora, (171.) Socrate, (172.) et Empedocle (173.) locum suspicioni praebere videtur, vitas Sapientum istorum Satyrum omnes conscripsisse. Vitam hunc etiam Lycurgi exarasse ex istis Laertii verbis (174.) deduci potest: πρῶτος εἰσηγήσατο Ἐφόρους τοῖς Βασιλεῦσι παραζευγνύναι. Σάτυρος δὲ Λυκοῦργον. = Primus introduxit Ephoros Regibus jungi. Satyrus vero hoc de Lycurgo ait = Nescio an scripsisse Satyrum vitam Empedoclis, vitamve Gorgiae Leontini ex Laertii (175.) quem adfero loco colligi debeat. Τοῦτον (Γοργίαν) φησὶν ὁ Σάτυρος λέγειν, ὡς αὐτὸς παρείη τῷ Ἐμπεδοκλεῖ γοη=

(166.) Aulus Gellius, Noct. Attic. Lib. III. Cap. 13.

(167.) Suidas, Lex. art Δημοσθένης Ἀθηναῖος.

(168.) Athenaeus, Deipnos. Lib. VI. XIII.

(169. Diogenes Laertius, in Vita Anaxagorae Lib. II. in vita Diogenis L. VI. seg. ~~[illegible]~~ 80. segm. 12., in Vita Empedoclis Lib. VIII. segm. 53. 58.

(170.) Idem, in Vita Biantis Lib. I. segm. 82.

(171.) Idem, in Vita Anaxagorae Lib. II. segm. 12.

(172.) Idem, in Vita Socratis Lib. II. segm. 26.

(173.) Idem, in Vita Empedoclis Lib. VIII. segm. 53. 60.

(174.) Idem, in Vita Chilonis Lib. I. segm. 68.

(175.) Idem, in Vita Empedoclis Lib. VIII. segm. ~~[illegible]~~ 59.

τεύοντι. = Hunc (Gorgiam) ait Satyrus dixisse, se adfuisse Empedocli cum magiam exerceret = Similiter ambigi potest an cum Athenaeus (176.) Satyrum laudans Anaxarchum philosophum nominat, Alexandrumque Macedonem, ad istius respexerit illiusve vitam. Athenaeus ipse (177.) Satyrum adlegat de Socrate agentem ac de Stilpone. Satyri vitas in compendium redegit Heraclides Lembus. Hic ἐν τῇ τῶν Σατύρου βίων ἐπιτομῇ = in epitome vitarum Satyri = citatur a Laertio, qui a= (178.) qui alibi (179.) ipsum adlegat ἐν τῇ Σατύρου ἐπιτομῇ = in Satyri epitome = iterumque (180.) postquam Satyri vitas laudavit, Heraclidem citat ἐν τῇ ἐπιτομῇ = in epitome = vitarum, scilicet, Satyri quas paulo ante nominaverat. Hic fortasse est Heraclides ille, cujus vitam Archimedis citat Eutocius Ascalonita. (181.)

XII. Breviator vitarum Satyri, non vero Heraclides alius ab ipso diversus ut male visum Meursio (182.) epitomen confecit etiam Laertio (183.) plusquam semel laudatam τῶν τοῦ Σωτίωνος διαδο=

(176.) Athenaeus, Deipnos. Lib. VI.
(177.) Idem, l. c. Lib. XIII.
(178.) Diogenes Laertius, in Vita Pythagorae Lib. VIII. segm. 40.
(179.) Idem, in Vita Zenonis Eleatis Lib. IX. segm. 26.
(180.) Idem, in Vita Empedoclis Lib. VIII. segm. 53.
(181.) ~~Idem~~ Eutocius Ascalonita, Commentar. ad Apollonii Pergaei Conica, et Prooem. ad Archimed. de circuli dimensione.
(182.) Meursius, Dissertat. de Heraclide aliisque ejus nominis, et eorum operibus.
(183.) Diogenes Laertius, in Vita Demetrii Phalerei Lib. V. segm. 79. in Vita Pythagorae Lib. VIII. segmen. 7.

χῶν = Sotionis successionum (Philosophorum) = opus et ipsum citatum saepe a Laertio, (184.) qui interdum (185.) ejus tantummodo librum a= liquem laudat operis titulum praetermittens. Opus idem adlegavit quo= que Athenaeus, (186.) ad illudque respexit Eunapius, (187.) cum ait: τὴν φιλόσοφον ἱστορίαν, καὶ τοὺς τῶν φιλοσόφων βίους Πορφύριος, καὶ Σωτίων ~~ανελεγξαντο~~ ἀνελέξαντο. = Philosophicam historiam, et Philosophorum vitas Porphyrius, et Sotion exposuerunt. = Philoso= phorum successiones scripserunt etiam Alexander Polyhistor, (188.) Ja= son Menecratis filius (189.) Nicias Nicaenus, (190.) Sosicrates,

---

(184.) Idem, Prooem. ad op. de Vit. dog. et apoph. Clar. Phil. segm. 1. in Vita Anaxagorae Lib. II. segm. 12. in Vita Aristippi Lib. II. segm. 74. in Vita Heraclidis Lib. V. segm. 86. in Vita Eudoxi Lib. VIII. segm. 86.

(185.) Idem, Prooem. ad op. de Vit. dogm. et apoph. Clar. Phil. segm. 7. in Vita Aristippi Lib. II. segm. 85. in Vita Diogenis Lib. VI. segm. 26. 80. ~~segm~~ in Vita Chrysippi Lib. VII. segm. 183.

(186.) Athenaeus Deipnos. Lib. IV.

(187.) Eunapius, Prooem. ad Vit. Sophist.

(188.) Diogenes Laertius, in Vita Pherecydis Lib. I. segm. 116. in Vita Socratis Lib. II. segm. 19. in Vita Euclidis Lib. II. segm. 106. in Vita Platonis Lib. III. segm. 4. in Vita Carneadis Lib. IV. segmen. 62. in Vita Chrysippi Lib. VII. segmen. 179. in Vita Pytha= gorae Lib. VIII. segmen. 24. in Vita Pyrrhonis Lib. IX. se= gmen. 61.

(189.) Suidas, Lex. art. Ἰάσων Μενεκράτους.

(190.) Athenaeus, Deipnos. Lib. VI. XIII.

(191.) atque Antisthenes (192.) diversus a Cynico cum quo male in Bibliotheca Attica (193.) ipsum confundit Meursius alibi (194.) recte alterum ab altero distinguens. Quod ad hunc Antisthenem spectat declarantes Jonsius, (195.) Fabriciusque (196.) videri possunt.

XIII. Quae vero ad Dicaearchi vitas pertinent, Aristotelis discipuli, insignuimque auctoris operum paulo mihi accuratius attingenda. Librum primum Vitarum, quas laudavi citat Laertius. (197.) Cum Gellium (198.) cernamus; Plutarchumque, (199.) ac Porphyrium (200) praeter Laertium (201.) de Pythagora Dicaearchum agentem adlegare; Plutarchum iterum auctorem i=

(191.) Diogenes Laertius, in Vita Antisthenis Lib. VI. segm. 13. in vita Diogenis Lib. VI. seg. 8. in Vita Pythagorae Lib. VIII. segm. 8. Athenaeus Deipn. Lib. IV. X.

(192.) Diogenes Laertius, in vita Thaletis Lib. I. segm. 40. in vita Socratis Lib. II. segm. 38. in Vita Menedemi Lib. II. segm. 134. in Vita Diogenis Lib. VI. segm. 77. in vita Cratetis Lib. VI. segm. 87. in Vita Cleanthis Lib. VII. segm. 168. in Vita Zenonis Eleatis Lib. IX. segm. 27. in vita Democriti Lib. IX. segm. 35.

(193.) Meursius, Biblioth. Attic. Lib. I. art. Antisthenes.

(194.) Idem, Rhod. Lib. II. Cap. 5.

(195.) Jonsius, De Scriptor. Histor. Philosophic. Lib. IV.

(196.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. II. Cap. 23. §. 32.

(197.) Diogenes Laertius, in Vita Platonis Lib. III. segm. 4.

(198.) Aulus Gellius, Noct. Attic. Lib. IV. Cap. 11.

(199.) Plutarchus, Convival. Quaestion. Lib. VIII. quaest. 2.

(200.) Porphyrius, De vita Pythagorae

(201.) Diogenes Laertius in Vita Pythagorae Lib. VIII. segm. 40.

psum citare de Homero (202.) loquentem, ac de Euripide, (203.) Laertiumque (204.) tandem Dicaearchum laudare cum de Platone sermonem habeat, vitas istorum omnium suspicari licet Dicaearchi opus περὶ βίων = de vitis = continuisse. Ex istis Laertii verbis: (205.) σὺν οἷς (μαθηταῖς Πλάτωνος) καὶ γυναῖκες δύο, Λασθένεια Μαντινική, καὶ Ἀξιοθέα Φλιασία, ἣ καὶ ἀνδρεῖα ἠμπίσχετο, ὥς φησι Δικαίαρχος = cum quibus (Platonis discipulis) duae etiam fuere mulieres, Lasthenia Mantinea, et Axiothea Phliasia, quae virili habitu incedebat, ut ait Dicaearchus =: nescio an colligendum scripsisse Dicaearchum Axiotheae, Platonisve vitam. Alibi etiam citat Laertius Dicaearchum de Platone agens. (206.) Δικαίαρχος δέ, ita ille, καὶ τὸν τρόπον τῆς γραφῆς (Πλάτωνος) ὅλον ἐπιμέμφεται ὡς φορτικόν = Dicaearchus modum etiam totum scribendi (Platonis) reprehendit ut molestum = Sed hoc scripsit forte Dicaearchus in libris Lesbiacis M. Tullio (207.) laudatis, in quibus Platonem ipsum oppugnasse ex Plutarcho (208.) colligitur. Dicaearchum etiam laudat Laertius (209.) de septem Sapientibus loquens. Ad ejus opus περὶ βίων = de vitis = pertinuisse putat Meursius (210.)

(202.) Plutarchus, Quod non suaviter vivendum sit secundum Epicurum.

(203.) Idem, l. c. et de ει apud Delphos.

(204.) Diogenes Laertius, in Vita Platonis Lib. III. segm. 4.

(205.) Idem, l. c. segm. 46.

(206.) Idem, l. c. segm. 38.

(207.) M. Tul. Cicero, Tusculan. quaestion. Lib. I.

(208.) Plutarchus, Contra Colotem.

(209.) Diogenes Laertius, in Vita Thaletis Lib. I. segm. 40. 41.

(210.) Meursius, Biblioth. Graec. Lib. III. art. Dicaearchus Messenius.

librum περὶ Ἀλκαίου = de Alcaeo = citatum ab Athenaeo, (211.) cujus locum, quo hic Dicaearchi liber adlegatur profert Scholiastes Aristophanis. (212.) Citatus etiam in Athenaeo (213.) reperitur Dicaearchi liber περὶ Ἀλκμᾶνος = de Alcmane = sed ut Casaubono (214.) visum Meursioque item, ac Jonsio (215.) pro περὶ Ἀλκμᾶνος = de Alcmane = legendum in Athenaeo περὶ Ἀλκαίου = de Alcaeo = Dicaearchi vitae, non aliter ac vitae Satyri, et Antigoni Carystii, de quo nunc dicam gravi fato interciderunt.

XIV. Praeter Hermippum, Satyrum, atque Aristoxenum memorat Hieronymus inter scriptores biographicos loco supra non semel citato Antigonum Carystium, cujus vitas adlegant etiam Laertius, (216.) et Athenaeus. (217.) Citat hic (218.) ejus vitam Zenonis, ille (219.) ejus scriptum περὶ Ζήνωνος = de Zenone =. Innominato Antigonii scripto auctorem ipsum laudant Laertius (220.) in Vita Zenonis, et Athenaeus (221.) de Zenone agens. Ἐν τῷ περὶ Πύῤῥωνος = in

---

(211.) Athenaeus, Deipnos. Lib. XI. XV.

(212.) Scholiastes Aristophanis, ad Pac. vers. 1243.

(213.) Athenaeus, Deipnos. Lib. XV.

(214.) Casaubonus, Animadversion. in Athen. Deipnos. Lib. XV. Cap. 2.

(215.) Jonsius, De Script. Histor. Philosophic.

(216.) Diogenes Laertius, in Vita Polemonis Lib. IV. segm. 17.

(217.) Athenaeus, Deipnos. Lib. IV.

(218.) Idem. l. c. Lib. XIII.

(219.) Diogenes Laertius, in Vita Platonis Lib. III. segm. 66.

(220.) Idem, in Vita Zenonis Citiensis Lib. VII. segm. 12.

(221.) Athenaeus, Deipnos. Lib. XIII.

libro de Pyrrhone= citatur etiam a Laertio (222.) Antigonus Carystius, cujus vitam Pyrrhonis ipsius memorat similiter Aristocles. (223.) Apud hunc pro ἀναγράψας αὐτῶν τὸν βίον = qui scripsit eorum vitam=, legendum ἀναγράψας αὐτοῦ τὸν βίον = qui scripsit ejus vitam=, ut recte monet Menagius. (224.) Atque hic observare liceat doctissimum Meursium (225.) cum breviter Antigoni Carystii aetatem quaesivisset valde de illa incertos reliquisse lectores non animadverso illo Aristoclis loco, quo citans ipse apud Eusebium Antigonum Carystium, ejus aetatem manifeste indicat, vixisse dicens eumdem Pyrrhonis temporibus. Philosophi hujusce discipulus fuit Timon Phliasius; cujus etiam vitam scripsit Antigonus, Laertio (226.) memoratam. Vitas Menedemi, ac Dionysii Heracleotae ab Antigono conscriptas adlegat Athenaeus. (227.) Laertius (228.) in Vita Menedemi bis citat Antigonum Carystium, quem laudat quoque in vitis Polemonis, (229.) atque Lyconis. (230.) Hinc conjectandi sumi potest occasio Vitas Polemonis, Lyconisque scripsisse Antigonum, quem de hisce loquentem adlegat item Athenaeus. (231.)

(222.) Diogenes Laertius, in Vita Pyrrhonis Lib. IX. segm. 62.

(223.) Aristocles, de Philosophia apud Eusebium Praep. Evang. Lib. XIV. Cap. 18.

(224.) Menagius, Observ. et Emendat. in Diog. Laer. Vit. Pyrrhonis Lib. IX. seg. 62.

(225.) Meursius, Prolegom. ad Antig. Caryst. Histor. Mirabil. Collectan.

(226.) Diogenes Laertius, in Vita Timonis Lib. IX. segm. 111.

(227.) Athenaeus, Deipnos. Lib. X.

(228.) Diogenes Laertius, in Vita Menedemi Lib. II. segm. 136. 143.

(229.) Idem, in Vita Polemonis Lib. IV. segm. 17.

(230) Idem, in Vita Lyconis Lib. V. segm. 67.

(231.) Athenaeus, Deipnos. Lib. II. XII.

XV. Vitae Philosophorum βίοι τῶν φιλοσόφων scriptae fuerunt e=tiam a Diocle, forte Magnesio, ut arbitrantur Meursius, (232.) Jon=siusque. (233.) Eas nominatim citat Laertius in Vitis Xenophontis, (234.) atque Aristippi. (235.) Adlegat vero Dioclem nulla operis mentione facta agens de Antisthene, (236.) Diogene, (237.) Menippo, (238.) Diony=sio Heracleota, (239.) Chrysippo, (240.) Pyrrhone, (241.) et Epicuro. (242.) Hinc suspicari licet istorum Vitas inter illas philosophorum a Dio=cle conscriptas locum olim habuisse, nisi dicere malimus respexisse Laertium ad Dioclis Ἐπιδρομὴν τῶν φιλοσόφων = Excursionem Phi=losophorum = interdum a Laertio ipso (243.) nominatim citatam, confectam=que a Diocle Magnesio, quem ab auctore vitarum non diversum exi=stimant Meursius, (244.) ac Jonsius. (245.) Immo Ἐπιδρομὴ = Excursio=

---

(232) Meursius, Biblioth. Graec. Lib. III. art. Diocles Magnesius.
(233.) Jonsius, De Script. Hist. Philosoph.
(234.) Diogenes Laertius, in Vita Xenophontis Lib. II. segm. 54.
(235.) Idem, in Vita Aristippi Lib. II. segm. 82.
(236.) Idem, in Vita Antisthenis Lib. VI. segm. 12. 13.
(237.) Idem, in Vita Diogenis Lib. VI. segm. 20. 36.
(238.) Idem, in Vita Menippi Lib. VI. segm. 99.
(239.) Idem, in Vita Herilli Lib. VII. segm. 166.
(240.) Idem, in Vita Chrysippi Lib. VII. segm. 181.
(241.) Idem, in Vita Pyrrhonis Lib. IX. segm. 61. 65.
(242.) Idem, in Vita Epicuri Lib. X. segm. 12.
(243.) Idem, in Vita Zenonis Cittiensis Lib. VII. segm. 48. in Vita Epicuri Lib. X. segm. 11.
(244.) Meursius, Bibl. Graec. Lib. III. art. Diocles Magnesius
(245.) Jonsius, De Script. Hist. Philosoph.

ipsa fortasse a Dioclis Vitis Philosophorum non distinguenda. Loci in Laertio reperiuntur, in quibus an hic auctor Dioclem laudans vitam respexerit Diogenis, Cratisve; (246.) Cratis ipsius Vitam, vel Menedemi Eretriensis; (247.) vitam Menedemi Lampsaceni, Vitamve Diogenis; (248.) vitam tandem Chrysippi, vitamve Cleanthis, (249.) definiri nequit.

XVI. Memorat Tatianus (250.) alium Vitarum philosopphorum scriptorem. Ita ille: Μετὰ δὲ τοὺς Χαλδαίους τὰ Φοινίκων οὕτως ἔχει. Γεγόνασιν παρ' αὐτοῖς τρεῖς ἄνδρες Θεόδοτος, Ὑψικράτης, Μῶχος· τούτων τὰς βίβλους εἰς Ἑλληνίδα κατέταξεν φωνὴν Χαῖτος ὁ καὶ τοὺς βίους τῶν φιλοσόφων ἐπ' ἀκριβὲς πραγματευσάμενος. = Post Chaldaeos res Phoenicum ita se habent. Fuerunt apud eos tres viri Theodotus, Hypsicrates, Mochus: istorum libros in graecam reduxit linguam Chaetus, qui et vitas philosophorum diligenter pertractavit = Ubi male legebatur καὶ ὁ τοὺς βίους = qui et qui vitas =, quem errorem beneficio Eusebii (251.) locum hunc referentis emendavit doctus Maurinus Monachus, (252.) qui anno 1742. Hagae Comitum Justini, Tatiani, Athenagorae, Theophili, ac Hermiae philosophi edidit opera. Sed alius error, doctorum judicio, in hunc locum irrepsit, cum illius nomen, qui vitas philosophorum conscripsit male sit excusum. In Eusebio pro Χαῖτος = Chaetus = legitur

---

(246.) Diogenes Laertius in Vita Cratis Lib. VI. segm. 87.
(247.) Idem, in Vita l. c. segm. 91.
(248.) Idem, in Vita Menedemi Lib. VI. segm. 103.
(249.) Idem, in vita Chrysippi Lib. VII. segm. 179.
(250.) Tatianus, Orat. Contra Graecos.
(251.) Eusebius, Praeparation. Evangelic. Lib. X. Cap. 11.
(252.) Monachus Maurinus, Not. ad Tatian. Orat. Contra Graecos.

Ἄσιτος = Asitus = sed nec istud, verum scriptoris nomen eruditis visum Bochart (253) praeter alios, Reinesius, (254.) Worth, (255.) ac Fabricius (256.) legendum putant Λαῖτος = Laetus = istis moti Clementis Alexandrini verbis: (257.) Εἴραμος δὲ τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Σολομῶνι δίδωσι, καθ᾽ οὓς χρόνους, μετὰ τὴν Τροίας ἅλωσιν, Μενελάῳ εἰς Φοινίκην ἄφιξις ὥς φησι Μένανδρος ὁ Περγαμηνός, καὶ Λαῖτος ἐν τοῖς Φοινικικοῖς = Iramus suam filiam Salomoni dat, quibus temporibus fuit Menelai in Phoeniciam transitus, ut ajunt Menander Pergamenus, et Laetus in Phoenicicis = quae ipsa ex Theodoto, Hypsicrate, ac Mocho refert Tatianus, Menandrum etiam Pergamenum adlegans. Inde Vitas Philosophorum Laetum, non Chaetum, aut Asitum scripsisse colligitur.

XVII. Antiphon in opere περὶ τῶν ἐν ἀρετῇ πρωτευσάντων = de his, qui in virtute prima obtinuerunt =, sive περὶ τοῦ βίου τῶν ἐν ἀρετῇ πρωτευσάντων = de Vita eorum, qui in virtute prima obtinuerunt = scripsit, ut apparet, Vitam Pythagorae. Id opus reapse citat citant Laertius, (258.) et Porphyrius (259.) in vitis ejusdem philosophi.

XVIII. Inter biographicos scriptores juxta Meursium (260.) locus debetur Xantho Lydiae Historico veteribus saepius citato. Ait reapse Laer=

(253.) Bochart, Geograph. sacr. Par. II. seu Chanaan Lib. II. Cap. 17.
(254.) Reinesius, De Lingua Punica Cap. 12.
(255.) Worth, ad Tatian. Orat. Contra Graecos
(256.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. I. cap. 28. §. 4.
(257.) Clemens Alexandrinus, Stromat. Lib. I.
(258.) Diogenes Laertius, in Vita Pythagorae Lib. VIII. segm. 3.
(259.) Porphyrius, De Vita Pythagorae.
(260.) Meursius, Not. ad Hesych. Miles. De Viris doctrina claris art. Ξάνθος

tius:(261.) φησὶ δ' αὐτὸν καὶ Ἀριστοτέλης ἐλεύθερον γεγονέναι, καὶ πάσης ἀρχῆς ἀλλότριον, εἴ γε τὴν βασιλείαν αὐτῷ δεδομένην παρῃτήσατο, καθάπερ Ξάνθος ἐν τοῖς περὶ αὐτοῦ λέγει, τὴν λιτότητα δηλονότι πλέον ἀγαπήσας = Inquit et Aristoteles, eum liberum fuisse, et ab omni imperio alienum, siquidem regnum sibi datum recusavit, ut ait Xanthus in scriptis de illo, frugalitatem scilicet magis diligens = Quibus ex verbis Meursius scripsisse Xanthum colligit Vitam Empedoclis. Citat ille Clementis quoque Alexandrini (262.) qui sequitur locum. Φανείας δὲ πρὸ Τερπάνδρου τιθεὶς Λέσχην τὸν Λέσβιον, Ἀρχιλόχου νεώτερον φέρει τὸν Τέρπανδρον: διημιλλῆσθαι δὲ τὸν ~~Αησχην~~ Λέσχην Ἀρκτίνῳ, καὶ νενικηκέναι. Ξάνθος δὲ ὁ Λυδὸς περὶ τὴν ὀκτωκαιδεκάτην ὀλυμπιάδα = Phanias qui ante Terpandrum posuit Leschem Lesbium, Archilochi juniorem inquit Terpandrum: Leschem autem concertasse refert cum Arctino et vicisse. Xanthus vero Lydius circa duodevigesimam Olympiadem =

XIX. Suspicatur idem Meursius (263.) Vitas Philosophorum scripsisse Daimachum, quem citat Laertius (264.) his verbis: Δαΐμαχος δ' ὁ Πλατωνικὸς, καὶ Κλέαρχος φιάλην ἀποσταλῆναι ὑπὸ Κροίσου Πιττακῷ = Daimachus autem Platonicus, et Clearchus phialam missam fuisse ajunt Pittaco a Croeso. = Ubi Δαίδαχος = Daedachus = legebatur, et Δαίδαλος = Daedalus =, ut in Codice Cantabrigien=

(261.) Diogenes Laertius, in Vita Empedoclis Lib. VIII. segm. 63.

(262.) Clemens Alexandrinus, Stromat. Lib. I.

(263.) Meursius, Bibliothec. Graec. Lib. III. art. Daimachus Platonicus Philosophus.

(264.) Diogenes Laertius, in Vita Thaletis Lib. I. segm. 30.

si, atque etiam Δάνδαλος =Dandalus= ut monuit Henricus Stephanus, pro Δαΐμαχος =Daimachus=, cujus nomen hic exscribendum vidit Casaubonus.(265.) Hujus Daimachi, sive Daedachi etiam, aut Daedali, Dandalive non meminit Fabricius (266.) in Catalogo Platonicorum fortasse quia pro Πλατωνικός =Platonicus= in Laertio legendum putavit Πλαταϊκός =Plataeensis=. Jam Πλαταϊκός in Laertio legendum vel Πλαταιεὺς existimaverat Casaubonus. Hanc tamen sententiam improbaverat Meursius. Daimachi praeter auctores eodem Meursio citatos meminere Porphyrius apud Eusebium,(267) Athenaeus Mechanicus,(268.) et Eustathius.(269.)

XX. Xenophon pariter si fides Suidae (270.) inter Vitarum Philosophorum scriptores nobis est numerandus. Prohibemur tamen a solertissimo, quem Menagius (271.) sequitur, Jonsio,(272.) falsum dicenti fuisse Suidam, cum Xenophontem scripsisse ait βίους φιλοσόφων =Vitas philosophorum=, errorique Suidae occasionem praebuisse quaedam male intellecta Laertii (273.) ambigua verba. Haec illa sunt,

---

(265.) Casaubonus, Not. ad Diog. Laert. Vit. Thaletis Lib. I. segm. 30.

(266.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. III. Cap. 3.

(267.) Porphyrius, De erudito auditu apud Eusebium Praeparation. Evangelic. Lib. X. Cap. 3.

(268.) Athenaeus Mechanicus, De machinis bellicis.

(269.) Eustathius, Commentar. ad Homer. Iliad. Lib. II.

(270.) Suidas, Lex. art. Ξενοφῶν Γρύλλου.

(271.) Menagius, Observat. et Emendat. in Diogen. Laert. Vit. Xenophontis Lib II. segm. 48.

(272.) Jonsius, De Scriptorib. Histor. Philos. Lib. I. Cap. 7.

(273.) Diogenes Laertius, in Vita Xenophontis Lib. II. segm. 48.

quae sequuntur: Ἱστορίαν φιλοσόφων πρῶτος (Ξενοφῶν) ἔγραψε. In hisce si verbum φιλοσόφων =philosophorum= referatur ad Ἱστορίαν =Historiam=, locus ita reddendus =Primus (Xenophon) scripsit philosophorum historiam= Sin vero referatur ad πρῶτος =primus=, ita vertendus locus =Philosophorum primus (Xenophon) scripsit Historiam=. Et hoc, non illo modo Laertii verba accipienda Jonsius autumat. Equidem Laertius ipse (274.) postea Xenophontis scripta recensens de Philosophorum historia verbum non habet. Observandum vero, quod et Menagio notatum, non raro Laertium ea, quorum alibi meminit scripta in Catalogo operum alicujus philosophi omittere.

XXI. Autumavit Wower (275.) Sophistarum vitas scripsisse Aristotelem =Eundem Aristotelem, ita ille, vitas Sophistarum conscripsisse ex Laertii Empedocle, Protagora, et Pyrrhone colligo=

XXII. Neanthes Cyzicenus scripsit περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν =de illustribus viris= opus a Stephano Byzantino (276.) citatum. Ad hoc ipsum juxta Meursium (277.) Neanthem adlegans respexit Parthenius, (278.) apud quem male Νέανθος =Neanthus= legitur pro Neanthes. Ad idem opus ni fallor respexerunt pariter Hesychius Milesius (279.) Neanthem laudans cum de Empedocle Pytha-

---

(274.) Idem, l. c. segm. 57.

(275.) Wower, De Polymathia Cap. XI. §. 8.

(276.) Stephanus Byzantinus, De Gent. art. Κεραστός

(277.) Meursius, Not. ad Hesych. Miles. De Viris Doctrina Claris art. ~~Εμπ~~ Ἀκέρωνος.

(278.) Parthenius, Erotic. Cap. 33.

(279.) Hesychius Milesius, De Viris Doctrina Claris art. Ἀκέρωνος.

gorico sermonem haberet, Porphyriusque,(240.) ac Jamblichus,(241.) Clemens Alexandrinus,(242.) Theodoretus,(243) et auctor Θεολογουμένων ἀριθμητικῆς = Theologumenon Arithmetices =, qui Neanthem adlegarunt de Pythagora agentes. Equidem asserit Menagius (244.) Neanthem peculiare scriptum exarasse περὶ Πυθαγορικῶν = de Pythagoricis =, atque ex hoc ipso vult, Jonsio (245.) adhaerens, deprompta esse quae de Pythagora ex Neanthe referunt Porphyrius, Jamblichus, Clemens Alexandrinus, et Theodoretus, ac de Empedocle Hesychius Milesius. Verum ratio, quae ad ostendendum scripsisse Neanthem peculiare opus περὶ Πυθαγορικῶν = de Pythagoricis = adfert ipse non ita magni est ponderis, ut probare valeat scriptum illud partem non constituisse operis περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν = De viris illustribus =. Verba ista Laertii:(246.) Νέανθης δ' ὁ Κυζικηνὸς ὁ καὶ περὶ τῶν Πυθαγορικῶν εἰπὼν = Neanthes Cyzicenus, qui et de Pythagoricis egit =: non formidandam adstruunt objectionem. Si quis enim ex his colligere velit scripsisse Neanthem de Pythagoricis opus peculiare certe ex Laertio Hermippum citante ἐν τῷ περὶ Ἀριστοτέλους = in libro de Aristotele =, ἐν τῷ περὶ Θεοφράστου = in libro de Theophrasto = deducere debebit pe=

(240.) Porphyrius, De Vita Pythagorae.

(241.) Jamblichus, De Vita Pythagorae. (242) Clemens Alexandrinus, Strom. Lib.

(243.) Theodoretus, De Curat. Graec. affect. Lib. I.

(244.) Menagius, Observation. et Emendation. in Diogen. Laert. Vit. Empedoclis Lib. VIII. segm. 72.

(245.) Jonsius, De ~~Lib~~ Script. Hist. Phil.

(246.) Diogenes Laertius, in Vita Empedoclis Lib. VIII. segmen. 72.

culiaribus Hermippum operibus de hisce philosophis egisse; cum tamen optimo jure scripta illa partes existimentur magni Hermippi operis biographici. Sic Aristoxeni Vitam Pythagorae, partem ejus operis de Vitis illustrium Virorum existimat Menagius ipse. (287.) Citat Neanthem Diogenes de Platone (288.) loquens, de Antisthene, (289.) Empedocle, (290.) et Heraclito. (291.) Inde forte colligendum istorum Vitas in suo περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν = de viris illustribus = scripto, Neanthem exposuisse. Utrum vero integrae Virorum vitae in hoc Neanthis scripto continerentur, aut solum exiguae de illis notiones adeo ut totum opus nonnisi brevem praestaret illustrium virorum Catalogum, certe ignotum est, perinde ac de illorum auctorum operibus, quos subjungam. Citat etiam Neanthem Laertius duos simul nominans Periandros, (292.) et alibi Philolaum una memorans, atque Empedoclem (293.)

XXIII. Opera Neanthis scripto similia scilicet περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν = de illustribus viris = Megacles, a (294.) atque Amphicrates (295.) conscripserunt. Citat opera ipsa Athenaeus. Diogenes etiam

---

(287.) Menagius, Observat. et Emendat. in Diog. Laert. Vit. Pythagorae Lib. VIII. segm. 1.

(288.) Diogenes Laertius, in Vita Platonis Lib. III. segm. 3. 4. 25.

(289.) Idem, in Vita Antisthenis Lib. VI. segm. 13.

(290.) Idem, in Vita Empedoclis Lib. VIII. segm. 58. 72.

(291.) Idem, in Vita Heracliti Lib. IX. segm. 4.

(292.) Idem, in Vita Periandri Lib. I. segm. 99.

(293.) Idem, in Vita Empedoclis Lib. VIII. segm. 55.

(294.) Athenaeus, Deipnosoph. Lib. X.

(295.) Idem, l. c. Lib. XIII.

Laertius (296.) memoratum opus Amphicratis laudat de Theodoro Atheo loquens. Hunc Amphicratem haud diversum putat Jonsius, (297.) ab Amphicrate illo Atheniensi Sophista, de quo Plutarchus. (298.) Langbaine, qui ex male intellecto Athenaei loco librum Amphicratis de illustribus viris versibus scriptum fuisse collegit carpitur a Clarissimo Davide Ruhnkenio. (299.)

XXIV. Charon Chartaginiensis scripsit, ut refert Suidas, (300) βίους ἐνδόξων ἀνδρῶν ἐν βιβλίοις δ'. Βίους ὁμοίως γυναικῶν ἐν δ. = Vitas illustrium virorum Libris quatuor; vitas similiter mulierum quatuor Libris = Vitas illustrium Virorum scripserunt etiam eodem Suida teste ~~Jason~~ Jason Menecratis filius, Nicagoras Atheniensis Sophista, Theseusque Historicus eas libris quinque complexus.

XXV. Opus Timothei Atheniensis περὶ βίων = de vitis = adlegat Laertius de Platone (301.) agens, de Speusippo, (302.) Aristotele, (303.) ac Zenone Cittiensi. (304.) Memorat etiam ipse (305.) duos Theophrasti Libros περὶ βίων = de Vitis =, ad quorum aliquem juxta

---

(296.) Diogenes Laertius, in Vita Aristippi Lib. II. segm. 101.
(297.) Jonsius, De Scriptoribus Historiae Philosoph. Lib. II. cap. 15.
(298.) Plutarchus, in Vita Luculli.
(299.) Ruhnkenius, Emendat. in Longin. de Sublim. Sect. III.
(300.) Suidas, Lex. art. Χάρων Καρχηδόνιος.
(301.) Diogenes Laertius, in Vita Platonis Lib. III. segm. 5.
(302.) Idem, in Vita Speusippi Lib. IV. segm. 4.
(303.) Idem, in Vita Aristotelis Lib. V. segm. 1.
(304.) Idem, in Vita Zenonis Cittiensis Lib. VII. segm. 1.
(305.) Idem, in Vita Theophrasti Lib. V. segm. 42.

Meursium,(306.) Jonsium (307.) Fabriciumque (308.) respexit Plutarchus Theophrastum adlegans in Vitis Periclis, Alcibiadis, Aristidis, Lysandri, Niciae, Agesilai, et Demosthenis. Omisit Fabricius vitas Lycurgi, ac Solonis, in quibus etiam Plutarchus Theophrasti meminit, sed consulto omisit, nam Plutarchus adlegans in Vitis hisce Theophrastum verisimiliter non ad ejus opus περὶ βίων =de vitis=, sed ad scriptum respexit περὶ νομοθετῶν =de Legumlatoribus=, Laertio (309.) memoratum, et Ciceroni (310.) fortasse respectum.

XXVI. Nominat Diogenes (311.) Heraclidis Pontici opus περὶ βίων =de vitis=, quod vero, ni fallor, non opus historicum, sed physicum fuit, medicumve, adeo ut Heraclidi illud scribenti consilium fuerit de variis vivendi rationibus verba facere. Revera Laertius Physicis Heraclidis operibus ipsum connumerat, atque immediate postea aliud memorat Heraclidis opus cui titulus αἰτίαι περὶ νόσων =Infirmitatum caussae=; argumentum illi consonum, circa quod versabatur, ut puto scriptum antecedenter Laertio memoratum. Fuit tamen qui opus ipsum historicum judicaret,(312.) ex eoque autumaret deprompta quae de Solone, Themistocle, et Pericle refert in illorum vitis Plutarchus Heraclidem adlegans. Sed de Solone loqui potuit Heraclides

---

(306.) Meursius, in Theophrasto.

(307.) Jonsius, De Scrip. Hist. Phil.

(308.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. III. Cap. 9. §. 17.

(309.) Diogenes Laertius, in Vita ~~Heraclidis~~ Theophrasti Lib. V. segm. ~~47~~. 45.

(310.) M. Tul. Cicero, De Legib. Lib. II. ad Attic. Lib. VI. epist. 1.

(311.) Diogenes Laertius, in vita Heraclidis Lib. V. segm. 87.

(312.) Menagius Observat. et Emendation. in Diogen. Laert. loc. cit.

in Dialogis περὶ δικαιοσύνης = de justitia =, sive in illo περὶ νόμων = de legibus = a Diogene (313.) memoratis; de Themistocle ac Pericle in dialogo περὶ τῆς ἀρχῆς = de regimine =, vel in altero ex scriptis moralis argumenti, quorum meminit Laertius. Vitam Archimedis supra a me memoratam hujusce Heraclidis opus existimarunt Meursius, (314.) ac Vossius. (315.) Jonsius vero ejus auctorem suspicatus est Heraclidem Lembum. Hic breviator fuit Vitarum Satyri, non vero Ponticus ut male visum Meursio, (316.) qui ejusdem opus περὶ βίων = de vitis = cum epitome vitarum Satyri confudit ab Heraclide Lembo confecta, autumavitque in hac epitome Archimedis vitam fuisse contentam.

XXVII. Opus Thechnicum similiter, non historicum, illud Epicuri περὶ βίων = de Vitis = censendum Laertio (317.) memoratum. Idem, ni fallor, dicendum de Chrysippi opere περὶ βίων = de vitis = quod Plutarchus (318.) citat, et Laertius; (319.) quamvis aliquis historicum id opus existimaverit, Vossiusque (320.) conjectarit ejusdem olim partem constituisse τὸ Σύγγραμμα περὶ τῶν ἀρχαίων Φυσιολόγων = Scriptum de antiquis ~~Physio~~ Physiologis = Laertio (321.) pariter commemoratum.

(313.) Diogenes Laertius, in Vita Heraclidis Lib. V. segm. 86. 87.
(314.) Meursius, ad Chalcid. Commentar. in Platon. Timaeum.
(315.) Vossius, De Historicis Graecis Lib. I. Cap. 9.
(316.) Meursius, Dissert. de Heraclide, aliisque ejus nom. et eorum oper.
(317.) Diogenes Laertius, in vita Epicuri Lib. X. segm. 27. 119. 136.
(318.) Plutarchus, De Stoicorum Repugnantiis.
(319.) Diogenes Laertius, in Vita Zenonis Cittiensis Lib. VII. segm. 121. 129.
(320.) Vossius, De Historic. Graec. Lib. I. cap. 17.
(321.) Diogenes Laertius, in Vita Chrysippi Lib. VII. segm. 187.

XXVIII. Seleucus ἐν δευτέρῳ περὶ βίων = in secundo de vitis = adlegatur ab Harpocratione. (322.) Memorat Laertius (323.) Xenocratis opus περὶ βίων = de vitis =, e Simplicio (324.) vero discimus vitam Platonis conscripsisse Xenocratem.

XXIX. Clearchus etiam Solensis scripsit περὶ βίων = de vitis = Eum citat Athenaeus in secundo hujus operis libro agentem de Euxitheo Pythagorico, (325.) ac pictore Parrhasio; (326.) in libro quinto loquentem de Sagari Mariandyno; (327.) in libro octavo agentem de Gorgia Leontino; (328.) ἐν τοῖς περὶ βίων = in libris de vitis = de Technone et Charmo tibicinibus loquentem, (329.) de tyranno item Phalaride, (330.) Darioque ab Alexandro everso; (331.) ἐν τοῖς βίοις = in vitis = agentem de pictore Parrhasio (332.) Adlegat quoque Athenaeus alibi librum primum, (333.) secundum, (334.) le

---

(322.) Harpocratio, Lex. art. Ὁμηρίδαι.
(323.) Diogenes Laertius, in Vita Xenocratis Lib. IV. segm. 12.
(324.) Simplicius, Commentar. ad Aristotel. Phys. et de Anima.
(325.) Athenaeus, Deipnos. Lib. IV.
(326.) Idem, Loc. cit. Lib. XV.
(327.) Idem, l. c. Lib. XII.
(328.) Idem, l. c.
(329.) Idem, l. c. Lib. VIII.
(330.) Idem, l. c. Lib. IX.
(331.) Idem, l. c. Lib. XII.
(332.) Idem, l. c.
(333.) Idem, l. c. Lib. VI.
(334.) Idem. l. c. Lib. XV.

quartumque (335.) item, et quintum (336.) memorati operis Clearchi. Hic auctor ἐν τῷ πεμπτῷ περὶ βίων = in quinto de vitis = laudatur a Zenobio, (337.) qui bis quoque alibi (338.) meminit ejusdem operis. Ad istud juxta Menagium (339.) respexit Laertius (340.) hoc, qui sequitur loco: Κλέαρχος φιάλην ἀποσταλῆναι ὑπὸ Κροίσου Πιττακῷ καὶ οὕτω περιενεχθῆναι = Clearchus a Croeso ad Pittacum phialam ait missam, circumlatamque ita fuisse = Forte etiam ad opus ipsum respexit Laertius, (341.) cum de eodem Pittaco ait: Τούτῳ γυμνάσιον σῖτον ἀλεῖν, ὥς φησι Κλέαρχος ὁ φιλόσοφος = Huic exercitium fuit frumentum molere, ut ait Clearchus Philosophus =

XXX. Nescio an Damophilus in opere περὶ βίων ἀρχαίων = de vitis veterum = Suidae (342.) memorato egerit de antiquorum vivendi more, vitarumve ipsorum duratione, sive de rebus ab ipsis gestis adeo ut scriptoribus biographicis sit connumerandus. Scio equidem non deesse qui legat in Suida περὶ βίου ἀρχαίων = de vita veterum =, pr

---

(335.) Idem. l. c. Lib. XII.

(336.) Idem. l. c.

(337.) Zenobius, Collect. Proverb. Centur. III. Proverb. 41.

(338.) Idem, l. c. Centur. IV. Proverb. 87. Centur. VI. Proverb. 18.

(339.) Menagius, Observat. et Emen. in Diog. Laer. Vit. Thaletis Lib. I. seg. 30.

(340.) Diogenes Laertius, in Vita Thaletis Lib. I. segm. 30.

(341.) Idem, in Vita Pittaci Lib. I. segm. 81.

(342.) Suidas, Lex. art. Δαμόφιλος.

περὶ βίων ἀρχαίων =de vitis veterum=

XXXI. Ignotum an integras Socraticorum vitas sive brevem ipsorum Catalogum, resve ab hisce diversas tradiderint Idomeneus,(343) ac Phanias (344.) in operibus περὶ τῶν Σωκρατικῶν =de Socraticis= Laertio citatis. Idem dicendum de Heraclidis Pontici opere περὶ τῶν Πυθαγορείων =de Pythagoricis=, quod Laertius ipse (345.) memorat. De Pythagoricis περὶ τῶν Πυθαγορείων scripserat etiam Aristoteles teste Laertio,(346.) et Anonymo auctore Vitae Aristotelis a Menagio (347.) editae; sed scripserat forte potius ad Pythagoricos oppugnandos, quam ad eorumdem vitas enarrandas. Memorat reapse Laertius aliud Aristotelis opus πρὸς τοὺς Πυθαγορείους =adversus Pythagoricos=. Nominat Strabo (348.) τὸν Πίνακα τῶν ἀπὸ Ζήνωνος φιλοσόφων καὶ τῶν βιβλίων =Catalogum Philosophorum, qui Zenonem sectati sunt atque librorum= ab Apollonio Tyrio conscriptum. Huic operi juxta Meursium(349)

(343.) Diogenes Laertius, in Vita Socratis Lib. II. segm. 20.

(344.) Idem, in Vita Antisthenis Lib. VI. segm. 4.

(345.) Idem, in Vita Heraclidis Lib. V. segm. 88.

(346.) Idem, in Vita Aristotelis Lib. V. segm. 25.

(347.) Menagius Observation. et Emendation. ad Diogen. Laert. l. c. segmen. 35.

(348.) Strabo, Geograph. Lib. XVI.

(349.) Meursius, Biblioth. Graec. Lib. I. art. Apollonius Tyrius, et Apollon. sive de antiquis ejus nom. Scriptor. eorumque oper. Syntag.

pertinuerat quae ex Apollonio Tyrio refert Laertius ipsum adle= gans ἐν πρώτῳ περὶ Ζήνωνος (350.) =in primo de Zenone=, et ἐν τοῖς περὶ Ζήνωνος (351.) =in libris de Zenone= Eum citat etiam Laertius (352.) in Vita Zenonis Cittiensis titulum Apollonii operis non memorans. Hunc Apollonium auctorem judico operis, cui titulus: ὅσαι γυναῖκες ἐφιλοσόφησαν =Quot mulieres philoso= pharint= apud Photium (353.) memorati, licet Menagius (354.) mi= nus ni fallor probanda conjectura opus idem tribuendum censeat Apollonio Stoico Chalcidonio, sive Chalcideno, aut Chalcidico. Oeno= maus Gadarenus scripserat Suida teste περὶ Κράτητος, καὶ Διο= γένους, καὶ τῶν λοιπῶν =de Cratete, Diogene, et reliquis (Cyni= cis)=. Nicandrum Alexandrinum ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀριστοτέλου μαθητῶν =in scripto de Aristotelis discipulis= citat idem Sui= das (355.)

XXXIII. Utilissimis veterum monumentis, quae maxime nobis su= peresse gaudendum illud procul dubio Diogenis Laertii, eruditissi= mi, ut Scaligero visum scriptoris, connumerandum opus, cui titu= lus: Περὶ βίων, δογμάτων, καὶ ἀποφθεγμάτων τῶν ἐν φιλο= σοφίᾳ εὐδοκιμησάντων =De vitis, dogmatibus, et apophthe=

(350.) Diogenes Laertius, in Vita Zenonis Cittiensis Lib. VII. segm. 2.

(351.) Idem, l. c. segm. 6.

(352.) Idem. l. c. segm. 1. 24.

(353.) Photius, Biblioth. Cod. CLXI.

(354.) Menagius, Histor. Mulierum Philosopharum segm. 73.

(355.) Suidas, Lex. art. Αἰσχρίων.

gmatibus illorum, qui in philosophia claruerunt =, ut habent edi=
tiones Frobeniana, Stephanica, Aldobrandiniana, et Wetsteniana,
aliique Regiae Parisiensis Bibliothecae Codices Manuscripti Mena=
gio (356) laudati; vel Βίοι, καὶ γνῶμαι τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ εὐδο=
κιμησάντων, καὶ τῶν ἑκάστῃ αἱρέσει ~~ἀρεσκοντων~~ ἀρεσκόν=
των = Vitae et sententiae eorum qui in philosophia claruerunt, et
de cujusque sectae placitis =, ut habet Manuscriptus Codex memora=
tae Regiae Bibliothecae Menagio ipsi citatus; sive Βιῶν καὶ γνω=
μῶν τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ εὐδοκιμησάντων, καὶ τῶν ἑκάστῃ αἱ=
ρέσει ἀρεσάντων = De Vitis, et sententiis illorum qui in philosophia
claruerunt, et sectae cujusque placitis =, ut legitur in Codice Arun=
deliano; sive Φιλοσόφων βίοι = Vitae Philosophorum =, ut apud Pho=
tium (357.) legimus; aut Σοφιστῶν βίοι = Sophistarum Vitae =,
ut ait Eustathius; (358.) seu Φιλόσοφος ἱστορία ~~u~~ = Historia Phi=
losophica =, ut inquit Stephanus Byzantinus, (359.) qui verum Laer=
tiani operis titulum Meursio (360.) visus est indicasse; vel Περὶ
βίων φιλοσόφων = De Vitis Philosophorum =, ut opus Suidas
(361.) appellat; sive tandem Φιλόσοφος Ἱστορία περὶ βίων, καὶ δο=
γμάτων, καὶ ἀποφθεγμάτων τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ εὐδοκιμησάν=

(356.) Menagius, Obs. et Em. in D. Laer. De V. D. et A. Cl. Philos. Titul.

(357.) Photius, Bibliothec. Cod. CLXI.

(358.) Eustathius, Commentar. ad Homer. Iliad. Lib. XII.

(359.) Stephanus Byzantinus, De Gent. art. Δρυΐδαι, ἐνετοί, χολλίδαι.

(360.) Meursius, ad Hesych. Mil. de Vir. Doctrina Clar. art. Ἀντισθένης.

(361.) Suidas, Lex. art. τετραλογία.

των = Historia philosophica de vitis, dogmatibus, et apophthegmatibus eorum, qui in philosophia claruerunt =, ut duos simul titulos conjungens opus ipsum vocat Fabricius.(362.) In ætatem Diogenis Laertii disseruerunt Jonsius, (363.) Dodwell, (364.) et Menagius, (365.) nec de illa verba facere est mihi consilium. Partitum est totum Laertii opus in libros decem, in quibus post eruditum Proœmium, Vitae diffuse enarrantur, ac dogmata exponuntur Thaletis, (366.) Solonis, (367.) Socratis, (368.) Aristippi, (369.) Platonis, (370.) Aristotelis, (371.) Diogenis Cynici, (372.) Zenonis Citiensis, (373.) Pythagorae, (374.) Empedoclis, (375.) Pyrrhonis, (376.) et Epicuri. (377.) mi=

(362.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 19. §. 2.
(363.) Jonsius, De Scrip. Hist. Philosoph. Lib. III. Cap. 12.
(364.) Dodwell, Dissertat. de aetate Pythagorae §. 22.
(365.) Menagius, Observat. et Emendat. in Diog. Laert. De Vit. dogmat. et apophthegmat. Clar. Philosoph. Titul.
(366.) Diogenes Laertius, de Vit. dog. et apoph. Clar. Phil. Lib. I. segm. 22.
(367.) Idem, l. c. segm. 45.
(368.) Idem, l. c. Lib. II. segm. 18.
(369.) Idem, l. c. segm. 65.
(370.) Idem, l. c. Lib. III. segm. 1.
(371.) Idem, l. c. Lib. V. segm. 1.
(372.) Idem, l. c. Lib. VI. segm. 20.
(373.) Idem, l. c. Lib. VII. segm. 1.
(374.) Idem, l. c. Lib. VIII. segm. 1.
(375.) Idem. l. c. segm. 51.
(376.) Idem, l. c. Lib. IX. segm. 61.
(377.) Idem, l. c. Lib. X. segm. 1.

nus fuse agitur de Chilone,(378.) Pittaco,(379.) Biante, (380.) Cleobu_lo,(381.) Periandro, (382.) Anacharsi,(383.) Mysone,(384.) Epimenide, (385.) Pherecyde, (386.) Anaximene,(387.) Anaxagora,(388.) Xe=nophonte,(389.) Aeschine Socratico, (390.) Theodoro Atheo,(391.) Eu_clide Megarensi,(392.) Stilpone, (393.) Menedemo Eretriensi,(394.) Speu_sippo,(395.) Xenocrate,(396.) Polemone,(397.) Cratete Atheniensi, (398.)

(378.) Idem, l. c. Lib. I. segm. 68.

(379.) Idem, l. c. segm. 74.

(380.) Idem, l. c. segm. 82.

(381.) Idem, l. c. segm. 89.

(382.) Idem, l. c. segm. 94.

(383.) Idem, l. c. segm. 101.

(384.) Idem, l. c. segm. 106.

(385.) Idem, l. c. segm. 109.

(386.) Idem, l. c. segm. 116.

(387.) Idem, l. c. Lib. II. segm. 3.

(388.) Idem, l. c. segm. 6.

(389.) Idem, l. c. segm. 48.

(390.) Idem, l. c. segm. 60.

(391.) Idem, l. c. segm. 97.

(392.) Idem, l. c. segm. 106.

(393.) Idem, l. c. segm. 113.

(394.) Idem, l. c. segm. 125.

(395.) Idem, l. c. Lib. IV. segm. 1. (396.) Idem, l. c. ~~Lo~~ segm. 6.

(397.) Idem, l. c. segm. 16. (398.) Idem, l. c. segm. 21.

Crantore,(399.) Arcesilao,(400.) Bione,(401.) Lacyde,(402.) Carneade (403.) Theophrasto,(404.) Stratone,(405.) Lycone,(406.) Demetrio Phalereo, (407.) Heraclide,(408.) Antisthene,(409.) Cratete Thebano,(410.) Hipparchia,(411.) Menippo,(412.) Menedemo Lampsaceno,(413.) Aristone,(414.) Cleanthe,(415.) Chrysippo,(416.) Archyta,(417.) Eudoxo,(418.)

(399.) Idem, l. c. segm. 24.
(400.) Idem, l. c. segm. 28.
(401.) Idem, l. c. segm. 46.
(402.) Idem, l. c. segm. 59.
(403.) Idem, l. c. segm. 62.
(404.) Idem, l. c. Lib. V. segm. 36.
(405.) Idem, l. c. segm. 58.
(406.) Idem, l. c. segm. 65.
(407.) Idem, l. c. segm. 75.
(408.) Idem, l. c. segm. 86.
(409.) Idem, l. c. Lib. VI. segm. 1.
(410.) Idem, l. c. segm. 85.
(411.) Idem, l. c. segm. 96.
(412.) Idem, l. c. segm. 99.
(413.) Idem, l. c. segm. 102.
(414.) Idem, l. c. Lib. VII. segm. 160.
(415.) Idem, l. c. segm. 168.
(416.) Idem, l. c. segm. 179.
(417.) Idem, l. c. Lib. VIII. segm. 79.
(418.) Idem, l. c. segm. 86.

Heraclito,(419.) Xenophane,(420.) Parmenide,(421.) Zenone ~~et~~ Eleate,(422.) Leucippo,(423.) Democrito,(424.) Protagora,(425.) Anaxarcho,(426) et Timone:(427.) tandemque nonnisi de sententiis aliquibus, scriptisve, vel brevissime sermo habetur de Vitis Anaximandri,(428.) Archelai (429.) Phaedonis,(430.) Eubulidis,(431.) Alexini,(432.) Euphanti,(433.) Diodori,(434.) Critonis,(435.) Simonis Atheniensis,(436.) Glauconis,(437.)

(419.) Idem, l. c. ~~segm~~ Lib. IX. segm. 1.
(420.) Idem, l. c. segm. 18.
(421.) Idem, l. c. segm. 21.
(422.) Idem, l. c. segm. 25.
(423.) Idem, l. c. segm. 30.
(424.) Idem, l. c. segm. 34.
(425.) Idem, l. c. segm. 50.
(426.) Idem, l. c. segm. 58.
(427.) Idem, l. c. segm. 109.
(428.) Idem, l. c. Lib. II. segm. 1.
(429.) Idem, l. c. segm. 16.
(430.) Idem, l. c. segm. 105.
(431.) Idem, l. c. segm. 108.
(432.) Idem, l. c. segm. 109.
(433.) Idem, l. c. segm. 110.
(434.) Idem, l. c. segm. 111.
(435.) Idem, l. c. segm. 121.
(436.) Idem, l. c. segm. 122.
(437.) Idem, l. c. segm. 124.

Simmiae,(438.) Cebetis, (439.) Clitomachi, (440.) Monimi,(441.) Onesicriti, (442.) Metroclis, (443.) Herilli, (444.) Dionysii Heracleotae,(445.) Sphae-ri,(446.) Epicharmi,(447.) Alcmaeonis,(448.) Hippasi,(449.) Philo-lai,(450.) Diogenis Apolloniatis, (451.) aliorumque discipulorum, suc-cessorumve philosophorum, quorum enarrantur Vitae, aut illorum, qui iisdem homonymi extiterunt. Aliorum etiam plurium e phi-losophis vitas ~~scripte~~ scripserat Laertius, si fides Salmasio, (452.) qui ipsas designatas se conspexisse testatur in indice vetustissimi Codicis. Notat ille Vitas Cornuti, Arei, et Myrmecis, ac Polemonis prae-terea, sed hujus Vita etiamnum extat, indeque vel falsus memo-

---

(438.) Idem, l. c.
(439.) Idem, l. c. segm. 125.
(440.) Idem, l. c. ~~segm.~~ Lib. IV. segm. 67.
(441.) Idem, l. c. Lib. VI. segm. 82.
(442.) Idem, l. c. segm. 84.
(443.) Idem, l. c. segm. 94.
(444.) Idem, l. c. Lib. VII. segm. 165.
(445.) Idem, l. c. segm. 166.
(446.) Idem, l. c. segm. 177.
(447.) Idem, l. c. Lib. VIII. segm. 78.
(448.) Idem, l. c. Segm. 83.
(449.) Idem, l. c. segm. 84.
(450.) Idem, l. c.
(451.) Idem, l. c. Lib. IX. segm. 57.
(452) Salmasius, Exercitation. Plinian. ad Solin. Plinian.

ria Salmasius, vel typographicum mendum verbum Πολέμωνα = Polemonem = voci Ποτάμωνα = Potamonem = substituit in suo textu. Porro opus Laertii nonnisi mutilum ad nos usque pervenit. Conjectant Menagius, (453.) et Fabricius, (454.) operi Laertium praeposuisse nuncupatoriam epistolam nobis deperditam illique inscriptam mulieri Platonis studiosae φιλοπλάτωνι, quam bis in opere ipso Laertius (455.) alloquitur, quamque Reinesius (456.) Menagio (457.) commendatus, et Fabricio (458.) Arriam illam fuisse suspicatur Platonis librorum studiosam, cujus meminit auctor libri de Theriaca ad Pisonem Galeno tributi. (459.) Vita Chrysippi, quae in fine reperitur libri septimi operis Laertiani mutila est, Meursio (460.) notante, et Fabricio. (461.) In membranis Parisiensibus post verba περὶ τῶν λεγο=

(453.) Menagius, Observat. et Emendat. in Diog. Laer. de Vit. dog. et apoph. Clar. Phil. Titul.

(454.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 19. §. 2. in not.

(455.) Diogenes Laertius, in Vita Platonis Lib. III. segm. 47. in Vita Epicuri Lib. X. segm. 29.

(456.) Reinesius, Var. Lection. Lib. II. Cap. 12.

(457.) Menagius, Observ. et Emend. in Diog. Laer. de Vit. dogm. et apoph. Clar. Phil. Titul. et Histor. Mulier. Philosoph. seg. 47.

(458.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 19. §. 2. in not.

(459.) De Theriaca ad Pisonem Cap. III.

(460.) Meursius, Not. ad Chalcid. Commentar. in Platon. Timaeum, et Biblioth. Graec. Lib. III. art. Chrysippus.

(461.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. cap. 19. §. 1. in not.

μένων, post quae nil amplius alibi habetur in Chrysippi Vita, totoque libro septimo, legitur ὑπὲρ τῆς, deinde caetera deesse notatur. Hinc locus suspicioni datus alias philosophorum vitas amissas nunc, olim in Laertii libro septimo fuisse contentas. Autumavit le Fevre Laertiani operis nonnisi epitomen superesse. Plura in Laertium aliena manu fuisse inserta arbitratus est vir maximus Isaacus Casaubonus.(462.) Quidquid sit haud est dubium Laertii opus magni thesauri vice eruditis esse viris. Istud plurimorum nobis servavit operum memoriam, quae penitus extincta fuisset. Istud eventus retegit, de quibus omnia alia silent scripta ad nos temporum evasis injuriis perventa. Laertii pretium magna quidem ex parte illorum jacturam operum, in quibus de his agebatur, quae Laertius denuo exponenda suscepit, ut suimetipsius fundamentum agnoscit. Infensa saecula Aristoxeni, Hermippi, Satyri, Dicaearchi, Antigoni Carystii, aliorumque insignium hujuscemodi scriptorum a nobis biographica opera removentia famam solidavere Laertii, suique operis pretium auxere. Unitas aestimatissimis dotum semper fuit connumerata. At Laertii opus mendis quantumvis multis inquinatum magnis tamen per semetipsum dotibus praestat. Bartholomaeum Keckermann in Laertii laudibus parcum perstringunt Vossius,(463.) et Vallemont,(464.) qui Laertii ipsius opus in=

(462.) Casaubonus, Not. ad Diog. Laer. Vit. Theophrasti Lib. V. segm. 48.

(463.) Vossius, De Historic. Graec. Lib. II. Cap. 13.

(464.) Vallemont, Elements de l'Histoire Liv. III. V. Chap. 6. §. 1. Histo=

finitis dignum praeconiis adpellat. Agathopistus Cromatianus, qui in praefatione ad opus de historia, ac indole omnium philosophiae generum valde iniqua de Laertii Vitis judicia Lectoribus ferenda curat, et in opere ipso Laertium negligentis titulo decorat, non magnam certe fidem meretur. Laertius ut historiae philosophicae scriptor jure illius erat censuris petendus, qui conabatur ostendere solum historiae hujuscemodi adaequatum sese esse scriptorem.

XXXIII. Ex Vitarum collectionibus nunc ad Vitas transiens singulares, Scriptores primum memorabo Vitae Pythagorae, qui inter antiquissimos est illorum e Philosophis, quorum actionum aliqua continuata habetur narratio. Plurium istius vitae scriptorum supra jam mentionem feci, quemadmodum Anonymi cujusdam, Aristoxeni, Hermippi, aliorumque. Memorandum nunc opus περὶ τοῦ Πυθαγορικοῦ βίου = de Vita Pythagorica =, sive Vita Pythagorae Jamblicho exarata, qui ~~vitam quoque conscripserat~~ ~~Alg~~ Alypii Eunapio (465.) laudatam. Pythagorae vita adhuc extans primus est liber magni Jamblichi operis περὶ τῆς Πυθαγορείου αἱρέσεως = de secta Pythagorica =, cujus diversis sub titulis tres praeter primum libri supersunt, sex aliis deperditis. In Codice quodam Caesareo, alteroque Parisiensi vita Pythagorae a Jamblicho scripta, primus dicitur λόγων περὶ τῆς Πυθαγορείου αἱρέσεως = librorum de secta Pythagorica =.

XXXIV. De Vita Pythagorae scripserat etiam, si Suidae fi=

---

riciens Grecs nom. 10.

(465.) Eunapius, Vit. Sophist.

des Timaeus Locrensis.

XXXV. Hoc idem, auctore ipso teste, (466.) Apollonius Tyanensis egerat celebris ille deceptor, potius quam philosophus, cujus etiam vita pluribus praebuit illusis scribendi argumentum. Damis Assyrius peregrinationes narravit effataque, ac Soterichus Oasites Vitam descripsit Apollonii teste Suida. De rebus ab Apollonio gestis scripturum sese pollicetur Vopiscus, (467.) deque ipsis scripserunt Maximus Aegeus, ut in Eusebio, (468.) et Philostrato, (469.) ac Moeragenes ut in Philostrato (470.) item cernitur, et Origene; (471.) non vero, juxta Sirmondum, (472.) Nicomachus, Tasciusque Victorianus, quos Apollonii Tyanensis historiam exarasse putat Meursius. (473.) Hujusce nobis superest Vita Philostrato τῷ Μυθωγράφῳ =Mythographo=, ut eum vocat Photius, (474.) conscripta, octoque in libros partita. Vitam istam memora_

(466.) Suidas, Lex. art. Ἀπολλώνιος Τυανεύς

(467.) Vopiscus, Vit. Aureliani Cap. 24.

(468.) Eusebius, Contra Hierocl.

(469.) Philostratus, Vit. Apollon. Tyan. Lib. I.

(470.) Idem, l. c.

(471.) Origenes, Contra Celsum Lib. VI.

(472.) Sirmondus, Not. ad Sidon. Apollinar. Epist. Lib. VIII. Ep. 3.

(473.) Meursius, Not. ad Nicomach. Harmonic. Manuale Lib. I. et ad Hesych. Miles. De Vir. Doctrina Clar. art. Ἀπολλώνιον

(474.) Photius, Biblioth. Cod. CCXLI.

runt; sive indicarunt praeter alios Eunapius, (475.) Zonaras, (476.) Photius, (477.) Hieronymus, (478.) Sidonius Apollinaris, (479.) Cyrillus Alexandrinus, (480.) Isidorus Pelusiota, (481.) Eusebius, (482.) Suidas, (483.) Syncellus, (484.) Joannes Tzetzes, (485.) Scholiastae Aristophanis, (486.) et Luciani; (487.) ad eamque respexerunt Suidas (488.) de Apollonio loquens, Cedrenus, (489.) ac Paulus Diaconus. (490.) Philostratus ille qui vitam Apollonii conscripsit, juxta Olearium, et Fabricium, (491.) non alius ab isto, ut exi=

(475.) Eunapius, Prooem. ad Vit. Sophist.
(476.) Zonaras, Annal. Lib. II.
(477.) Photius, Biblioth. Cod. XLIV. et CCXLI.
(478.) Hieronymus, Epist. ad Paulin.
(479.) Sidonius Apollinaris, Epist. Lib. VIII. ep. 3.
(480.) Cyrillus Alexandrinus, Contra Julian. Lib. III.
(481.) Isidorus Pelusiota, Epist. Lib. I. Ep. 389.
(482.) Eusebius, Contra Hierocl.
(483.) Suidas, Lex. art. Κράτης, Φιλόστρατος Φιλοστράτου.
(484.) Syncellus, Chronograph.
(485.) Tzetzes, Chiliad. II. vers. 784. Chil. V. ver. 394. Chil. IX. ver. 576.
(486.) Scholiastes Aristophanis, ad Ranas vers. 218.
(487.) Scholiastes Luciani, ad Icaromenippum, sive Hypernephel.
(488.) Suidas, Lex. art. Ἀπολλώνιος Τυανεύς.
(489.) Cedrenus, Histor. Compend.
(490.) Paulus Diaconus, Histor. Miscell. Lib. VIII.
(491.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 24. §. 1. in not. §. 6.

stimat Meursius, (492.) putaverantque Olearius, ac Fabricius, duobus libris vitas complexus est Sophistarum memoratas a Synesio, (493.) Eunapio, (494.) Zonara, (495.) Hermogenis Scholiaste, (496.) Nicephoro in Scholiis ad Synesium, ac Suida. (497.) Philostratum adlegat Scholiastes Sophoclis (498.) ἐν τῷ Ἰσοκράτους βίῳ = in Vita Isocratis =, quae in primo Vitarum, quas memoravi continetur.

XXXVI. Vitae a Philostrato conscriptae etiamnum extant, perinde ac Vitae Sophistarum, quas post Philostratum exaravit Eunapius Sardianus.

XXXVII. In his est vita Porphyrii, notissimi fama philosophi ex Tyro, (499.) sive ex Batanea (500) Tyri forte Colonia, ut su-

---

(492.) Meursius, Dissert. de Philostratis.

(493) Synesius, in Dione. (494) Eunapius, Prooem. ad Vit. Sophist.

(495.) Zonaras, Annal. Lib. II.

(496.) Scholiastes Hermogenis, Prolegomen.

(497.) Suidas, Lex. art. Ἡρώδης, Ἰούλιος, ~~Καῖσαρ~~, Παυσανίας, Καισ. Ὑπέρφρων, Φιλόστρατος Φιλοστράτου, Φιλόστρατος Νερβιανοῦ

(498.) Scholiastes Sophoclis, ad Ajacem flagelliferum vers. 913.

(499.) Porphyrius, de Vita Plotini, et ordine librorum ejus Cap. VII. Suidas, Lex. art. Πορφύριος. Libanius, Orat. funeb. in Julian. Imp.

(500.) S. Hieronymus, Praef. ad Epist. ad Galatas. S. Joannes Chrysostomus, Homil. VI. in Epist. I. ad Corinthios.

spicatur Fabricius. (501.) Scripsit hic opus, cui titulus: Φιλόσοφος Ἱστορία = Historia Philosophica =, sive Βίοι φιλοσόφων = Vitae Philosophorum = quatuor in libros distributum, non quinque, ut perperam Ionsius (502.) asseruit. Opus istud citant Cyrillus Alexandrinus, (503.) Theodoretus, (504.) ac Socrates, (505.) e quibus colligitur Vitas Pythagorae, Socratis, ac Platonis eodem opere fuisse contentas. Recte putavit Holstenius (506.) Pythagorae vitam, Porphyrio auctore, quae adhuc superest, licet initio, et extrema parte mutila, nonnisi fragmentum esse philosophicae historiae Porphyrii. In ista, ut e Theodoreto (507.) discimus philosophicas sententias non tantum, sed et philosophorum vitas Porphyrius exposuit. Theodoreti haec sunt verba: Πλούταρχος δέ, καὶ Ἀέτιος τὰς τῶν φιλοσόφων ἐκπαιδεύουσι δόξας, τὸν αὐτὸν δὲ καὶ ὁ Πορφύριος ἀνεδέξατο πόνον, τὸν ἑκάστου βίον ταῖς δόξαις προστεθεικώς = Plutarchus autem, et Aetius

---

(501.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 27. §. 1. in not.

(502.) Ionsius, De Scrip. Hist. Phil.

(503.) Cyrillus Alexandrinus, Cont. Julian. Lib. I. VI. VIII. IX.

(504.) Theodoretus, De Curat. Graec. affection. Lib. I. II. IV. V. XII.

(505.) Socrates, Histor. Ecclesiastic. Lib. III. Cap. 23.

(506.) Holstenius, Disser. de Vita, et scriptis Porphyrii Cap. VIII.

(507.) Theodoretus, De Curat. Graec. affect. Lib. II.

philosophorum sententias exponunt; eumdem Porphyrius quoque laborem suscepit qui uniuscujusque vitam opinionibus addidit. Porphyrius ἐν βίοις φιλοσόφων = in vitis philosophorum = adlegatur a Joanne Tzetze,(508.) ἐν φιλοσόφου ἱστορίας γ' = in philosophicae historiae libro ~~secundo~~ tertio = a Stephano Byzantino,(509.) ἐν φιλοσόφῳ ἱστορίᾳ = in historia philosophica = plus quam semel a Suida.(510.) Porphyrii Chronographia philosophica φιλόσοφος χρονογραφία, quam laudat Joannes Malalas,(511.) verisimiliter ab ejusdem philosophica non differt historia, cujus meminere etiam latina quaedam excerpta Chronologica, quae ex Codice Bibliothecae Puteanae descripta, cum Eusebii Chronico lucem adspexere, et praeter ista Eunapius,(512.) ex quo cognoscere licet philosophicam illam historiam in Platonem, ejusque tempora desiisse. Vitam Pythagorae a Porphyrio conscriptam plus quam semel memorat Cyrillus Alexandrinus.(513.)

XXXVIII. Aliud biographicum opus habemus ejusdem Porphyrii Περὶ Πλωτίνου βίου, καὶ τῆς τάξεως τῶν βιβλίων

(508.) Tzetzes, Chiliad. XI. ver. 534.

(509.) Stephanus Byzantinus, De Gent. art. Γάδαρα

(510.) Suidas, Lex. art. Ἐμπεδοκλῆς, Ὅμηρος, Σωκράτης.

(511.) Malalas, Chronograph.

(512.) Eunapius, Prooem. ad Vit. Sophist.

(513.) Cyrillus Alexandrinus, Contra Julian. Lib. III. VI. X.

αὐτοῦ = De vita Plotini, et ordine librorum ejus = Scriptum fuit hoc senescente jam auctore ut ex eo Vitae loco colligitur, quo Porphyrius (514) sexagesimam octavum aetatis suae annum commemorat. Operis hujusce meminit ex antiquis Eunapius. In Antonii Reiser Catalogo ~~Bibliothecae~~ librorum Bibliothecae Augustae Vindelicorum, ubi memoratur Porphyrii scriptum de Vita Platonis, ejusque librorum dispositione, Plotini nomen illo substituendum Platonis. Vitam Plotini, de qua sermo est latine vertit Marsilius Ficinus, ac Plotini ipsius praemisit Enneadibus, quae latine similiter prodierunt Florentiae anno 1492. Salignriaci anno 1540. tandemque anno 1559. ex Petri Pernae officina Basileae, ubi etiam Graece, et latine lucem videre ex eadem officina anno 1580. Novi quidam tituli nonnullis editionis hujusce Graeco-latinae exemplis praefixus annum prefert 1615. Vitam Plotini a Porphyrio conscriptam praemisit etiam Vir maximus Joannes Albertus Fabricius capiti vigesimo sexto quarti libri Graecae suae Bibliothecae, eam quarto Bibliothecae ejusdem volumine includens. In editione ista praeter Ficini versionem ad graeci textus positam latus nonnullae reperiuntur brevissimae Fabricii notulae, in quibus vel error aliquis versionis Ficini emendatur, vel quaedam indicantur graeci textus variae lectiones, vel historica methodo loci nonnulli Plotini Vi=

---

(514) Porphyrius, De Vita Plotini, et ord. libr. ejus. Cap. 23.

tae illustrantur. Vita ista prodiit etiam cum Joannis Meursii notis, si fides illis qui ~~qu~~ cum notis hisce lucem vidisse Porphyrii opera tradunt. Odhelius, (515.) et Freher haec memorant opera a Joanne ~~a~~ Meursio notis illustrata. Moller (516.) inter auctores antea jam editos, ac denuo a Meursio in lucem vocatos Porphyrium philosophum nominat, ejusque editionem Meursio ipso curante confectam notat anno 1620. Niceron ~~(517)~~ (517.) ait pariter anno 1620. Lugduni Batavorum lucem vidisse graece Porphyrii philosophi opera cum Meursii notis. Albertus vero Bartholin, perinde ac Schramm, (518.) et Fabricius (519.) in Catalogo Graecorum operum a Meursio editorum Porphyrii scripta non memorant. Joannes Christophorus Wolfius, et Joannes Gramm scripta illa Meursii opera non prodiisse arbitrantur. In nitida, maximique facienda Meursianorum operum editione Florentiae Joannis Lami curis peracta Porphyrii opera Meursio illustrata frustra quis quaereret. Existimari tamen potest Manuscriptas extare extare Meursii ad Porphyrium notas, seu istas revera olim exaratas intercidisse: quod si sit vel lachrymis prosequenda scripta illa, e quibus, ut putandum, lux maxima Pythagorae,

---

(515.) Odhelius, Ind. Operum Jo. Meursii.

(516.) Moller, Dissert. de Jo. Meursio §. 17.

(517.) Niceron, Memoir. pour servir à l' Hist. des hommes illustr.

(518.) Schramm, Disser. de Vita, et Script. Jo. Meursii §. 16.

(519.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. VI. Cap. 10. §. 21.

ac Plotini Vitis, aliisque Porphyrii operibus fuisset adlata.

XXXIX. Denuo mihi ad Chronologicum philosophorum ordinem devenienti memorandi offeruntur Platonis Vitae Scriptores post memoratos jam illos, qui Pythagorae philosophi memoriae tradidere facinora. Extat adhuc Platonis Vita auctore Olympiodoro, in prima hujus πράξει =praxi= ad Platonis Alcibiadem comprehensa. Intercidit Platonis Vita Suidae memorata auctore Zosimo, quem Suidas ipse Alexandrinum, et Thebanum Panopolitam Photius (520) adpellat; pariterque illae interciderunt ejusdem Platonis Vitae, quas ab Aristoxeno, Xenocrate, aliisque conscriptas supra jam retuli.

XXXX. Aristotelis Platonis discipuli Vitam, praeter auctores superius recensitos, scripsit Ammonius Hermeae filius, ~~quem~~ sive Joannes Grammaticus Alexandrinus cognomento Φιλόπονος = Philoponus = hoc est, laboris amicus; non vero Ammonius Saccas, ut perperam visum Jonsio (521.) Vita haec Commentario in Aristotelis Categorias, quod Ammonio Hermeae filio tribuitur, praemitti solita in Codice quodam Caesareo rectius, si Fabricium (522) audiamus, adscribitur Joanni Philopono, cui, ut et in Codice Coisliniano, Commentarium tribuitur in Aristotelis categorias. Notatur vero Philoponum in eo digerendo usum fuisse conferentiis cum Ammonio habitis.

~~Photius~~ (520.) Photius, Biblioth. Cod. CLXX.

(521.) Jonsius, De Script. Hist. Phil. Lib. ~~IV. Cap. 26. §. 13.~~ III. Cap. 13.

(~~§~~522.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 26. §. 13.

XLI. Vitam Epicuri ab Apollodoro Epicureo exaratam citat Laertius, (523.) qui hujus Vitae librum nominans primum non unico eam libro constasse ~~manifeste docet~~ docet.

XLII. Vitam Timagenis, auctore Evagora Lindio, vitamque Theodoti philosophi libris tribus complexam a Triboniano Sidete memorat Suidas.

XLIII. Damae operis de vita Eudemi meminit Simplicius. (524.)

XLIV. Utrum Flavius Arrianus peculiare opus de Epicteti vita et morte conscripserit, incertum. Hoc scripsisse adfirmarunt Jonsius, Tillemont, Dodwell isto fulti Simplicii (525.) loco: περὶ μὲν τοῦ βίου τοῦ Ἐπικτήτου, καὶ τῆς αὐτοῦ τελευτῆς Ἀῤῥιανὸς γέγραφεν ὁ τὰς Ἐπικτήτου διατρίβας ἐν πολυστίχοις διατάξας βιβλίοις = de vita Epicteti, ejusque morte scripsit Arrianus ille, qui Epicteti disputationes in amplis libris ordinavit = Sed ex verbis hisce, ut recte Fabricio (526.) observatum, non distincte apparet peculiari scripto de Epicteti vita, et morte Arrianum egisse, cum intelligi etiam possit ipsum de rebus istis verba fecisse in amplis illis libris, quae πολύστιχα vocat Simplicius, et in quibus Epicteti disputationes ordine disposuit Arrianus.

(523.) Diogenes Laertius, in Vita Epicuri Lib. X. segm. 2.

(524.) Simplicius, Commentar. ad Aristot. Phys. Lib. VI.

(525.) Idem, Praefat. ad Epictet. Enchirid.

(526.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 7. §. 1. in not. Cap. 8. §. 2.

XLV. Hic ni fallor est Arrianus ille philosophus, cujus Vitam scri=psisse Dionem Cassium tradit Suidas. Hanc = extare cum primis o=ptem, inquit Fabricius, (527.) licet Senecae, Bruti, Ciceronis parum aequum se prestat Dio censorem in scriptis, quae habemus=

XLVI. Damascii Damasceni scriptum εἰς τὸν Ἰσιδώρου τοῦ φιλοσόφου βίον = in vitam Isidori philosophi = bis memorat Pho=tius, (528.) cujus ampla ex eo habemus excerpta. Scriptum istud ex Jonsii conjectura pars fuit philosophicae historiae Damascii. Conje=cturam hanc probat Menagius, (529.) qui φιλοσόφων ἱστορίαν = Phi=losophorum historiam = ad Laertii similitudinem scripsisse ait Dama=scium. Historiam hanc non semel tantum memorat Suidas. (530.) Sed profecto philosophica historia pars potius dicenda erat Vitae De Isidori, quam haec illius. Patet ex Photio, qui ex Codice CLXXXI. in Vita Isidori egisse tradit Damascium de vitis etiam aliorum plurium, qui vel Isidori aevo, vel praecedente aetate floruerunt. Damascius ipse apud Photium Codice CCXLII. in excerptis, quibus Photius haec tantum praemittit verba: = Lecta est Vita Isidori Philosophi = agit de Doro, et Gregorio, de quibus loquens, historiam Damascii philo=

(527.) Idem, l. c. Cap. 10. §. 12.

(528.) Photius, Biblioth. Cod. CLXXXI. CCXLII.

(529.) Menagius, Obser. et Emend. in Diog. Laer. Vit. Platonis Lib. III. segm. 47.

(530.) Suidas, Lex. art. Γρηγόριος, Δαμάσκιος, Δῶρος, Ἰφικράτιδες.

sophicam citat Suidas.

XLVII. Isidori magister Marinus Neapolitanus Vitam adhuc extantem scripsit Procli, cui ipse in Atheniensi Schola successit. Huic Vitae titulus Πρόκλος = Proclus = sive περὶ εὐδαιμονίας = de felicitate =. Vita Procli versibus a Marino ipso conscripta, ac Suidae memorata non tulit aetatem.

XLVIII. Extat Hippocratis Vita perbrevis ~~ex~~ auctore Sorano Ephesio, cujus opus de medicorum vitis, ac sectis memorat Suidas. Vitam hanc Sorano abjudicarunt Viri quidam docti, inter quos Fabricius, (531) qui sententiam postea (532) immutavit, infirmitate cognita rationum, quibus nixus Vitam illam Sorano denegaverat. Soranum Ephesium de Hippocrate agens adlegat Tzetzes. (533)

XLIX. Vitae etiam Historici Thucydidis a Marcellino scriptae tempus pepercit. Hanc arbitratur Fabricius (534) Commentariis in Thucydidem praeposuisse Marcellinum, vel in opere Rhetorico inseruisse; in quo de Demosthene, aliisque eloquentiae laude illustribus Viris verba facienda susceperat. Marcellinus de Thucydide loquens adlegatur a Suida. (535)

(531.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. II. Cap. 24. §. 1.

(532.) Idem, l. c. Lib. VI. Cap. 7. §. 10.

(533.) Tzetzes Chiliad. VII. ver. 947.

(534.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. II. Cap. 25. §. 1. in not.

(535.) Suidas, Lex. art. ἀπήλαυσε, ἀπολαύειν

L. Testatus est Franciscus Salmon in litteris ad Menckenium Calendis Decembris datis, anno 1726. habere se manu exaratum Zosimi Ascalonitae scriptum εἰς τὸν βίον τοῦ Δημοσθένους = in Vitam Demosthenis =, istique subjectam alteram Demosthe= nis Vitam his verbis incipientem: περὶ Δημοσθένους τοῦ ῥήτο= ρος ἀναγκαῖον ἐστὶ τοῖς ἐπὶ Ῥητορικὴν ἀσκοῦσιν. Scri= ptum illud libenter mihi persuadeo praeposuisse Zosimum suis in Demosthenem Commentariis Suidae memoratis, quos in Bibliotheca Vaticana extitisse testis est Gesner. Leo Allacci suorum συμμί= κτων = miscellaneorum = libro septimo graece, et latine ex ver= sione sua edere voluit Zosimi Orationem in Demosthenem, ~~his verbis inci~~ cujus hoc initium: δευτέρῳ μοι λοιπὸν ἐπιβῆναι τῷ παιανιεῖ καιρός

LI. Procopii Gazaei encomium, cujus meminit Photius, (536.) a Chori= cio Sophista elaboratum, ejusdemque Procopii vitae seriem expo= nens adhuc habemus. Platonis vero amisimus elogia Speusippo scri= pta, ut e Laertio; (537.) atque Clearcho, ut e Laertio ipso (538.) di= scimus, et Hieronymo. (539.)

LII. Nonnulli fuerunt ex litteratorum numero, qui proprias vi=

(536.) Photius, Biblioth. Cod. CLX.

(537.) Diogenes Laertius, in Vita Speusippi Lib. IV. segm. 5.

(538.) Idem, in Vita Platonis Lib. III. segm. 2.

(539.) S. Hieronymus, Contra Jovinianum Lib. I.

tas scriptas reliquerunt, interque alios Appianus Alexandrinus, quem de vita propria scripsisse colligitur ex ejusdem ad historiam suam praefatione. Marcum vero Aurelium Antoninum propriam scripsisse vitam nemo persuasum habeat. Ortus hic supinus error ex ambigua interpretatione tituli libellorum Marci Antonini τῶν εἰς ἑαυτόν, quod redditum fuit a quibusdam = De vita sua =, unde factum, ut libros illos in historicorum numerum nonnulli perpe= ram adsciscerent. Inter scripta Luciani Samosatensis, cujus ha= bemus Δημώνακτος βίον = vitam Demonactis = Philosophi Cy= prii, est opusculum περὶ τοῦ ἐνυπνίου ἤτοι βίος Λουκιανοῦ = de Somnio, seu vita Luciani =, quod Bourdelot (540.) προσλαλιάν quamdam judicat a Luciano scriptis suis praefixam. In eo vero li= bello agit tantum Lucianus de vitae suae primordiis, somniumque exponit, quod adhuc puerum habuisse se fabulatur. Vitae Josephi Judaei, ac Libanii oratoris laude celebris auctoribus Josepho ipso et Libanio adhuc supersunt. M. Terentii Varronis, et P. Ruti= lii Rufi libros = de vita sua = adlegat Flavius Sosipater Cha= risius.

LIII. Et hic jam e graecis ad latinos transiens Scriptores Vi= rum doctum memorabo Cornelium Nepotem magni biographici operis auctorem, cujus partem putat Vossius (541.) illud, quod ha=

(540.) Bourdelot, Not. ad Lucian. De Somn. seu Vita Luciani

(541.) Vossius, De Historicis latinis Lib. I. Cap. 14.

bemus scriptum sub titulo: = Vitae excellentium Graeciae Imperatorum = Exscripserat Cornelius Vitas illustrium virorum, ad quas forte respexit Hieronymus Nepotem laudans in Praefatione ad librum de Scriptoribus Ecclesiasticis. Secundum earum librum, nec non decimum quintum, ac decimum sextum adlegat Sosipater Charisius. (542.) = In eo libro, qui Vita illustrium inscribitur = citatur Cornelius Nepos a Servio. (543.) Aulus Gellius (544.) postquam de M. Catone quaedam enarravit = scriptum est hoc, inquit, in libro Cornelii Nepotis de illustribus Viris. = Intercidit Ciceronis Vita, auctore Cornelio quam laudat Aulus Gellius, (545.) et ad quam verisimiliter respexit Hieronymus. (546.) E Cornelio ipso (547.) scripsisse eum discimus = De Historicis Graecis =, libroque hoc res ad Philistum historicum spectantes pertractasse. = Sed de hoc (Philisto) in eo meo libro plura sunt exposita, qui de Historicis Graecis conscriptus est. = Scripsisse etiam Cornelium = de Historicis Latinis = colligi potest ex Codice, in quo T. Pomponii Attici Vita continebatur, istis ei verbis praepositis

---

(542.) Fl. Sosipater Charisius, Grammat. Lib. I. II.

(543.) Servius, ad Virgil. Aeneid. Lib. I.

(544.) Aulus Gellius, Noct. Attic. Lib. XI. Cap. 4.

(545.) Idem, l. c. Lib. XV. Cap. 28.

(546.) S. Hieronymus, Epist. 71. ad Pammach.

(547.) Cornelius Nepos, in Vita Dionis.

= Ex libro Cornelii Nepotis de latinis historicis.= Codicem hunc memorat Vossius.(548.) De Terentio quoque scripsisse Cornelium, deducit hic auctor (549.) ex Terentii ipsius Vita, quam Aelio Donato quidam, Svetonio tribuunt alii. Ex ea Fabricius (550.) colligit Cornelium de poetis latinis scripsisse. In altero vero ex locis, in quibus auctor Vitae Cornelium citat, ad ejus opus Chronicum respicere potest, quod adlegant Gellius,(551.) et Ausonius.(552.) Revera in Cornelii Nepotis editione Manhemii anno 1778. peracta quod eo loco refert auctor Vitae Terentii inter fragmenta operis Chronici ejusdem Cornelii reponitur.

LIV. C. Julii Hygini librum sextum = de Vita, rebusque illustrium Virorum = adlegat Gellius (553.) de C. Fabricio verba faciens, ac praeter Gellium Joannes Sarisberiensis.(554.) Operis hujus meminit etiam Asconius Pedianus,(555.) qui librum ejus primum laudat. Hieronymus in Praefatione ad librum de Scriptoribus Ecclesiasticis bio=

(548.) Vossius, De Historic. Lat. Lib. I. Cap. 14.
(549.) Idem, l. c.
(550.) Fabricius, Bibl. Lat. sive Notit. Auct. Vet. Latin. Lib. I. Cap. 6. §. 5.
(551.) Aulus Gellius, Noct. Attic. Lib. XVII. Cap. 21.
(552.) Ausonius, Epist. 16.
(553.) Aulus Gellius, Noct. Attic. Lib. I. Cap. 14.
(554.) Joannes Sarisberiensis, Policrat. Lib. V. Cap. 7.
(555.) Asconius Pedianus, in M. Tul. Cic. Pisonian.

graphicis auctoribus Hyginum connumerat. Hygini ipsius =de Virgilio= libros Gellio,(556) et Macrobio memoratos (557.) non diversos suspicatur fuisse Fabricius (558) ab Hygini Commentariis in Virgilium eodem Gellio (559.) citatis.

LV. P. Virgilii Maronis Vitam scripserunt Probus, Servius, et Phocas Grammaticus. Vita ab hoc exarata, versibus exametris constans nonnisi mutila ad nos pervenit. Alia etiam servatur Virgilii vita, auctore, ut putatur, Tiberio Claudio Donato, qui eam forte praefixit Commentariis in Virgilii Eclogas ~~Ser~~ Servio laudatis, nunc vero deperditis. Donati cujusdam Grammatici Vitam in latina contentam epistola Flacci Rebii, ut in ejus inscriptione legitur ad Minutium Rutilium vulgavit Fabricius (560.) in Bibliotheca auctorum veterum latinorum.

LVI. Sallustii vitam ab Asconio Pediano conscriptam memorat Helenius Acro: (561.) Pomponii Secundi Vitam a Seniore Plinio expositam docet Plinius junior. (562.) Vitam Helvidii

---

(556.) Aulus Gellius, Noct. Attic. Lib. XVI. Cap. 6.

(557.) Macrobius, Saturnal. Lib. VI. Cap. 9.

(558.) Fabricius, Bibl. Lat. sive Notit. Auct. Vet. Latin. Lib. II. Cap. 1. §. 2.

(559.) Aulus Gellius, Noct. Att. Lib. I. Cap 21.

(560.) Fabricius, Bibl. Lat. sive Notit. Auct. Vet. Lat. Lib. IV. Cap. 7.

(561.) Helenius Acro, in Horat. Sermon. Lib. I. Sat. 2.

(562.) Plinius, Epist. Lib. III. ep. 5.

Prisci philosophi Stoici Herennium Senecionem exscripsisse discimus ex eodem Plinio, (563.) et Xiphilino. (564.)

LVII. Testatur Suidas, ex Pitisci (565.) sententia, scripsisse Suetonium = de illustribus viris =. Ait reapse Suidas: (566.) Τράγκυλλος ὁ Σουητόνιος χρηματίσας, Γραμματικὸς Ῥωμαῖος ἔγραψε..... στέμμα Ῥωμαίων ἀνδρῶν ἐπισήμων = Tranquillus dictus Suetonius, Grammaticus Romanus scripsit... Stemma Romanorum illustrium Virorum. = At Vossius (567.) putat indicasse his verbis Suidam aliquod Suetonii scriptum de illustribus Romanorum familiis. Quidquid sit ad Suetonii scriptum de illustribus Viris respexisse videtur Hieronymus cum in praefatione ad librum de Scriptoribus Ecclesiasticis haec ait = Hortaris, Dexter, ut Tranquillum sequens Ecclesiasticos Scriptores in ordinem digeram, et quod ille in enumerandis gentilium literarum viris fecit illustribus, ego in nostris faciam..... Fecerunt quidem hoc idem.... apud Latinos.. Varro, Santra, Nepos, Hyginus, et ad cujus exemplum vis provocare Tranquillus. = et alibi (568.) = Scripsi librum de illustribus Viris, ab Apostolis usque

---

(563.) ~~Plinius, Epist.~~ Idem l. c. Lib. VII. Epist. 19.

(564.) Xiphilinus, Vit. Domitiani.

(565.) Pitiscus, Not. ad Sueton. de illust. Grammat. Cap. I.

(566.) Suidas, Lex. art. Τράγκυλλος.

(567.) Vossius, De Historicis Graecis Latin. Lib. I. Cap. 31.

(568.) S. Hieronymus, Epist. 4. ad Desider.

ad nostram aetatem, imitatus Tranquillum = In Svetonii opere de illustribus Viris continebātur, ut ~~Sta~~ Statio ~~(569)~~ visum, et Casaubono, libri = De illustribus Grammaticis =, et = de Claris Rhetoribus =, quos habemus. In istorum primo post verba facta de conditione, qua Romae antiquitus Grammatica fuit, (569.) de sua in urbem introductione, (570.) de incrementis ipsius, et in provincias diffusione, (571.) grammaticorumque adpellatione, (572.) de quibusdam ex his loquitur Svetonius; in secundo vero postquam exposuit quomodo veterum temporibus se habuit Romae Rhetorica, (573) de nonnullis Rhetoribus disserit, quaedam ad ipsos spectantia referens, non vero integras eorum Vitas enarrans. Simili modo et de Grammaticis egit. Prolixior fuit Svetonius in Horatii Vita Porphyrioni (574.) citata, et adhuc superstite. Haec existimatur a Vossio (575.) fragmentum quoddam Svetonii scripti = de poetis = ad quod fortasse respexit Isidorus Hispanus (576.) cum ait: = Poetae unde sint dicti sic ait

---

(569.) Svetonius, De illust. Grammatic. Cap. I.

(570.) Idem, l. c. Cap. II.

(571.) Idem, l. c. Cap. III.

(572.) Idem, l. c. Cap. IV.

(573.) Idem, De Claris Rhetoribus Cap. I.

(574.) Porphyrio, Ad Horat. Epist. Lib. II. Ep. 1.

(575.) Vossius, De Histor. Latin. Lib. I. Cap. 31.

(576.) S. Isidorus Hispanus, Origin. Lib. VIII. Cap. 7.

Tranquillus.= Hoc etiam scriptum pars fortasse fuit Svetonii operis =de viris illustribus=. Alia ejusdem scripti =de poetis= fragmenta censentur a Fabricio (577.) Vitae Persii, Lucani, et Juvenalis. Hujusce vitam nonnulli Probo tribuunt, ex styli tamen uniformitate eam Svetonio adscribendam colligit Salmasius.(578.) Lucani Vitam auctore Tranquillo prius quam ederetur laudavit Josephus Scaliger (579.) Aliena manu haec extrema verba adposita ei fuisse notavit Casaubonus: = Poemata etiam ejus praelegi memini: confici vero, ac venalia proponi, non tantum operose, ac diligenter, sed inepte quoque.= Svetonio hanc Vitam vindicat Barthius. (580.) Scripti =de poetis= pars fuit etiam verisimiliter Terentii Vita Svetonio, non Aelio Donato conscripta Vossio (581.) judice. Hanc, ut videtur transcripsit Donatus, praeposuitque suis in Terentium Commentariis. Revera in fine vitae haec leguntur verba Svetonii scripto a Donato verisimiliter addita: = Haec Svetonius Tranquillus. Nam duos Terentios Poetas fuisse scribit Mettius: quorum alter Fregellanus fuerit Terentius Libo: alter Libertinus Terentius, Afer patria, de quo nunc loquimur. Scipionis fabu=

(577.) Fabricius, Biblioth. Lat. sive Notit. Auctor. Veter. Latin. Lib. II. Cap. 24. §. 3.

(578.) Salmasius, Exercitation. Plinian.

(579.) Scaliger, Commentar. ad Virgil. Culicem.

(580.) Barthius, Adversar. Lib. VII. Cap. 3. Lib. XI. Cap. 21.

(581.) Vossius, De Historic. Latin. Lib. I. Cap. 14. 31.

las edidisse Terentium, Valgius in Actaeone ait:

„Hae quae vocantur fabulae, cujus sunt?
„Non has, qui jura populis recensens dabat
„Summo honore affectus, fecit fabulas?

Duae ab Apollodoro translatae esse dicuntur Comico; Phormio, et Hecyra: quatuor reliquae a Menandro: ex quibus magno succes-su, et pretio stetit Eunuchus: Hecyra saepe exclusa, vix acta est.=
Vita senioris Plinii Svetonio adscripta genuina non apparet, Vos-sii (582) sententia. Ejus haec verba: = Quam amico sit usus (Sue-tonius) Plinio Novocomense, ex multis hujus epistolis satis liquet.... Hanc amicitiam cogitanti minus verisimile fit, vitam Plinii Ve-ronensis, quae Suetonii nomen praefert, esse genuinam. Nimis il-la jejune, et perfunctorie exarata, quam ut de amici tanti a-vunculo eam scripserit Suetonius. Ac ne dictio quidem Sueto-nii est; sed omnino alicujus multo junioris. Nec Suetonius ne-scisset Plinium hunc fuisse Veronensem. At ille Novocomensem facit. Nempe duos Plinios confundit: uti et Hieronymus in Chro-nico Eusebiano. Et verisimile est, hunc scriptorem ab Hieronymo.= Plus quam quatuor saeculis scriptam Vitam illam fuisse post Sve-tonium autumat Scaliger (583). Vossio, et Scaligero socium sese ad-dit Fabricius (584) ut apochrypham vitam Senioris Plinii reji-

---

(582) ~~Vossius~~ Idem, l. c. Cap. 31.

(583) Scaliger, Ad Euseb. Chron.

(584) Fabricius, Bibl. Lat. sive Notit. Auct. Vet. Latin. Lib. II. Cap. 24. § 4.

ciens Svetonio tributam.

LVIII. Alia ejusdem Plinii superest vita incerto auctore: alia similiter Vita Terentii auctore Paulo Orosio Manuscripta habetur in Codice Caesareo teste Lambecio (585.) Alia etiam Vita Lucani praeter illam a Svetonio conscriptam extat in variis ipsius Lucani editionibus. Servatur et Vita ~~Quintiliani~~ auctore incerto.

LIX. In illa Terentii Vita, quae Svetonii opus putatur, adlegat auctor Santram, respiciens fortasse ad ejus scriptum de Viris illustribus, quod indicare videtur Hieronymus Santram laudans in praefatione ad librum de Scriptoribus Ecclesiasticis. Santrae mentio apud Festum, Nonium, Sosipatrum Charisium, et Scaurum. De Sanctrae cujusdam libro extat Martialis (586.) epigramma.

LX. Superest ~~sed~~ ut de scriptis illis, quibus incertum est an in Commentatione hac locus debeatur paucis verba facienda sumam. Vaga nimium, generalisque ratio qua ipsorum tituli in veterum, ~~quo ipsorum tituli in veterum~~, quae habemus voluminibus exprimuntur, hanc gignit ambiguitatem. Incertum an illorum Vitas, de quibus egerunt, enarrandas; exponendave dogmata, aut examinanda; recensenda opera, aut explananda, reprehendendave, aut

---

(585.) Lambecius, Commentar. De Biblioth. vindobonensi Lib. II.
(586.) Martialis, Epigram. Lib. XI. Epig. 3.

propugnanda; sive ista omnia, idque genus alia, nonnullave tantum ex ipsis agenda sumpserint. Lyco Iaseus in opere περὶ Πυθαγόρου =de Pythagora=, quod citat Athenaeus;(587.) Theano in scripto περὶ Πυθαγόρου = De Pythagora = Suidae memorato; Diodorus Ephesius περὶ Ἀναξιμάνδρου γράφων = de Anaximandro scribens= citatus a Laertio; (588.) Panaetius ἐν τοῖς περὶ Σωκράτους = in scriptis de Socrate = Plutarcho adlegatis; (589.) Phavorinus, et Philippus Opuntius (590.) in operibus de Platone memoratis a Suida, apud quem Philippus male φιλόσοφος = Philosophus = adpellatur, quem errorem habet etiam Eudociae Reginae Constantinopoleos Ἰωνιὰ Manuscripta Capite 981. Boethus ἐν τοῖς περὶ Πλάτωνος = in scriptis de Platone = quorum mentio apud Hesychium Lexicographum;(591.) Eubulides ἐν τῷ περὶ Διογένους = in scripto de Diogene =, quod citat Laertius; (592.) Cleanthes Assius in opere περὶ Γοργίππου = de Gorgippo= ab eodem Laertio (593.) memorato; Theophrastus in libris περὶ Ἐμπεδοκλέους

(587.) Athenaeus, Deipnos. Lib. X.

(588.) Diogenes Laertius, in Vita Empedoclis Lib. VIII. segm. 70.

(589.) Plutarchus, in vita Aristidis.

(590.) Suidas, Lex. art. Φιλόσοφος.

(591.) Hesychius, Lex. art. διὰ πάντων κριτής.

(592.) Diogenes Laertius, in Vita Diogenis Lib. VI. segm. 20.

(593.) Idem, in Vita Cleanthis Lib. VII. segm. 175.

= de Empedocle = (594.) et περὶ Δημοκρίτου = de Democrito =,(595.) quos Laertius item memorat; Phanocritus in opere περὶ Εὐ= δόξου = de Eudoxo =, et Aphanes ἐν τῷ συγγράμματι = in scri= pto =, cui titulus Ἀρίστων = Ariston = Athenaeo (596.) laudatis; Diocles Medicus ἐν Ἀρχιδάμῳ = in Archidamo =, cujus meminit Galenus;(597.) Sphaerus in operibus περὶ Λυκούργου, καὶ Σω= κράτους = de Lycurgo, et Socrate,= περὶ Ἐρετριακῶν φιλο= σόφων = de Philosophis Eretriensibus = Laertio memoratis, (598.) et in illo περὶ Ἡρακλείτου = de Heraclito = Laertio similiter lau= dato, si apud eum pro περὶ Ἡρακλείτου ε΄ διατριβῶν = de Heracliti quinque disputationibus = legendum separatim περὶ Ἡρακλείτου = de Heraclito =, et ε΄ διατριβῶν = quinque (libros) disputationum =, ut vult Fabricius, (599.) vel si omittendum verbum διατριβῶν = disputationum =, ut in pluribus Laertii e= ditionibus, et in Parisiensi Codice actum est; Damon Cyrenaeus in opere περὶ τῶν φιλοσόφων = de philosophis =, quod citat Laer= tius;(600.) Xenocrates in libris quinque περὶ Γεωμετρῶν = de

---

(594.) Diogenes Laertius, in Vita Theophrasti Lib. V. segm. 43.
(595.) Idem, l. c. segm. 49.
(596.) Athenaeus, Deipnos. Lib. VII.
(597.) Galenus, De virtute simplic. medicamentorum Lib. II.
(598.) Diogenes Laertius, in vita Sphaeri Lib. VII. segm. 178.
(599.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. III. Cap. 15.
(600.) Diogenes Laertius, in Vita Thaletis Lib. I. segm. 40.

Geometris=; quorum meminit idem auctor; (601.) Antisthenes Cynicus in operibus περὶ Θεόγνιδος = de Theognide=(602.) περὶ ἐξηγητῶν = de interpretibus=, et περὶ Ὁμήρου = de Homero = (603) a Laertio ipso memoratis; Artemon Clazomenius ἐν τῷ περὶ Ὁμήρου = in scripto de Homero = Suidae (604.) citato; Metrodorus Lampsacenus in scripto περὶ Ὁμήρου = de Homero=, quod adlegat Tatianus, (605.) quodque pars fortasse fuit ejus operis περὶ ποιητῶν = de poetis = Plutarcho (606.) laudati; Pythagoras quidam Laertio (607.) memoratus, ὁ περὶ Ὁμήρου συντεταγμένος = qui de Homero scripsit=; Dinarchus ὁ περὶ Ὁμήρου λόγον συντεθεικὼς = qui de Homero librum composuit = a Demetrio Magnesio memoratus apud Dionysium Halicarnasseum; (608) Cleomenes in scriptis περὶ Ὁμήρου = de Homero=, et περὶ Ἡσιόδου = de Hesiodo = a Clemente Alexandrino (609.) citatis;

(601.) Idem, in Vita Xenocratis Lib. IV. segm. 13.

(602.) Idem, in Vita Antisthenis Lib. VI. segm. 16.

(603.) Idem, l. c. segm. 17.

(604.) Suidas, Lex. art. Ἀρχεῖνος

(605.) Tatianus, Orat. Contra Graecos.

(606.) Plutarchus, Quod non suaviter vivendum sit secũdum Epicur.

(607.) Diogenes Laertius, in Vita Pythagorae Lib. VIII. segm. 47.

(608.) Demetrius Magnesius, de Homonymis apud Dionysium Halicarnasseum De Orator. Attic. Commentar. De Dinarcho.

(609.) Clemens Alexandrinus, Stromat. Lib. I.

Apollonius Aphrodisiensis in scripto περὶ Ὀρφέως, καὶ τῶν τελετῶν αὐτοῦ = De Orpheo, et mysteriis ejus = Suidae (610.) memorato; Nicomedes in illo περὶ Ὀρφέως = de Orpheo =, (611.) Aristodemus in illo περὶ Πινδάρου = de Pindaro =, (612.) et Sosibius in illo περὶ Ἀλκμᾶνος = de Alcmane =, ~~quoru~~ (613.) quorum meminit Athenaeus; Philochorus in operibus περὶ Ἀλκμᾶνος = de Alcmane = et περὶ Εὐριπίδου = de Euripide =, quae memorat Suidas; (614.) Apollonius Rhodius in eo, quod Athenaeus (615.) memorat scripto περὶ ~~Ἀρχιλόχου~~ τοῦ Ἀρχιλόχου = de Archilocho =; ~~Ira~~ Irenaeus in libris Ἀπολλωνίου = Apollonii =, quorum primus citatur a Scholiaste Apollonii Rhodii; (616.) Carystius Pergamenus in scripto περὶ Σωτάδου = de Sotade =, ~~&~~ (617.) Duris Samius in illo περὶ Εὐριπίδου, καὶ Σοφοκλέους = de Euripide, et Sophocle =, (618.) quorum mentio apud Athenaeum; De=

(610.) Suidas, Lex. art. Ἀπολλώνιος Ἀφροδισιεύς.

(611.) Athenaeus, Deipnos. Lib. XIV.

(612.) Idem, l. c. Lib. XI.

(613.) Idem, l. c. Lib. III.

(614.) Suidas, Lex. art. Φιλόχορος

(615.) Athenaeus, Deipnos. Lib. X.

(616.) Scholiastes Apollonii, ad Argonaut. Lib. I. vers. 1299.

(617.) Athenaeus, Deipnos. Lib. XIV.

(618.) Idem, l. c. Lib. IV.

mochares in illo ὑπὲρ Σοφοκλέους πρὸς Φίλωνα = de Sopho= cle ad Philonem =, cujus meminit idem auctor, (619) nisi reddendus hic titulus = pro Sophocle contra Philonem =; Heraclides Ponti= cus in opere περὶ τῶν τριῶν Τραγῳδοποιῶν = de tribus Tra= gicis =, quod nominat Laertius; (620.) Apollodorus Atheniensis in libris περὶ Ἐπιχάρμου = de Epicharmo, = quorum sextum adle= gat Suidas; (621.) Baton, sive Batton Sinopensis in opere περὶ Ἴωνος τοῦ ποιητοῦ = de Jone Poeta =, Lynceus in illo περὶ Μενάνδρου = de Menandro =, et Dorotheus ~~in illis περὶ~~ Ascalonites in illo περὶ Ἀντιφάνους, καὶ περὶ τῆς παρὰ τοῖς μεσωτέροις κωμικοῖς ματτύης = de Antiphane, et Mattya, quae est apud medios Comicos =, quae citantur ab Athenaeo; (622.) Am= bryon ἐν τῷ περὶ Θεοκρίτου = in scripto de Theocrito = a Diogene (623.) adlegato; Didymus ἐν τῷ περὶ λυρικῶν ποιη= τῶν = in scripto de Lyricis poetis = cujus mentio occurrit in magno Ethymologico; (624) Lysanias in opere περὶ Ἰαμβοποιῶν

(619.) Idem, l. c. Lib. XI.

(620.) Diogenes Laertius, in Vita Heraclidis Lib. V. segm. 88.

(621.) Suidas, Lex. art. καρδιώττειν

(622.) Athenaeus, Deipnos. Lib. X. VI. XIV.

(623.) Diogenes Laertius, in Vita Aristotelis Lib. V. segmen. 11.

(624.) Ethymologicum magnum art. προσῳδίαι, ὕμνος.

= de Iambicis =, (625.) et Euphorion in illo περὶ Μελοποιῶν = de Lyricis = et (626) ab Athenaeo citatis; Aristoteles in opere περὶ ποιητῶν = de poetis =, quod memorant Laertius, (627.) Graecus Anonymus suae Vitae auctor, Athenaeus, (628.) et Macrobius; (629.) Nicander Colophonius in illo περὶ ποιητῶν = de poetis =, ut scribit Parthenius, (630.) sive περὶ τῶν ἐν Κολοφῶνι ποιητῶν = de poetis Colophoniis =, ut legitur in Nicandri Scholiaste; (631.) Dionysius Phaselites in illo περὶ ποιητῶν = de poetis =, quod citat auctor Vitae Nicandri; Phanias in libris περὶ ποιητῶν = de poetis =, quorum secundum adlegat Athenaeus; (632.) Lobon Argivus ἐν τῷ περὶ ποιητῶν = in scripto de poetis = Diogeni (633.) citato; Hieronymus in illo, qui ab Athenaeo (634.) laudatur opere

---

(625.) Athenaeus, Deipnos. Lib. VII. XV.
(626.) Idem, l. c. Lib. Deipnos.
(627.) Diogenes Laertius, in Vita Platonis Lib. III. segm. 48. in Vita Aristotelis Lib. V. segm. 22. in Vita Empedoclis Lib. VIII. segm. 57.
(628.) Athenaeus, Deipn. Lib. XI.
(629.) Macrobius, Saturnal. Lib. V. Cap. 25.
(630.) Parthenius, Erotic. Cap. 4.
(631.) Scholiastes Nicandri, ad Theriaca.
(632.) Athenaeus, Deipnos. Lib. VIII.
(633.) Diogenes Laertius, in Vita Epimenidis Lib. I. segm. 112.
(634.) Athenaeus, Deipnos. Lib. XIV.

περὶ ποιητῶν =de Poetis=, cujus forte pars fuit scriptum περὶ τραγῳδοποιῶν =de Tragicis= Suidae (635.) citatum; Demetrius Byzantius in opere περὶ ποιητῶν =de poetis=, quod laudat Athenaeus, (636.) quodque fortasse vel conjunctum vel unum fuit cum scripto περὶ ποιημάτων =de poematis= ab Athenaeo (637.) item laudato; Damastes in opere περὶ ποιητῶν, καὶ σοφιστῶν =de Poetis, et Sophistis= Suidae memorato; Demetrius Phalereus ἐν τοῖς περὶ ποιητῶν =in scriptis de poetis=, quorum meminere Laertius, (638.) et Suidas, (639.) in libro item περὶ Ἀντιφάνους =de Antiphane= Diogeni (640.) memorato, et in opere, cui titulus: Σωκράτης =Socrates= laudato ab eodem Diogene, (641.) et Plutarcho, (642.) modo hoc non differat a Socratis Apologia Laertio (643.) citata, quod suspicatur Aegidius Mena=

(635.) Suidas, Lex. art. Ἀναγυράσιος; Ἐγκατῳκοδόμησεν Ἐγκατωκοδόμησεν

(636.) Athenaeus, Deipnos. Lib. X. (637.) Idem, l. c. Lib. XII. XIV.

(638.) Diogenes Laertius, in Vita Demetrii Lib. V. segmen. 80.

(639.) Suidas, Lex. art. Δημήτριος Φανοστράτου

(640.) Diogenes Laertius, in Vita Demetrii Lib. V. segm. 81.

(641.) Idem, l. c.

(642.) Plutarchus, in vita Aristidis

(643.) Diogenes Laertius, in Vita Heracliti Lib. IX. segm. 15. in Vita Democriti Lib. IX. segm. 37. in Vita Diogenis Apolloniatis Lib. IX. seg. 57.

gius;(644) M. Terentius Varro in libris = de poetis =; quorum primum adlegant Gellius,(645) et Priscianus, et quos omnes respexit forte Hieronymus (646) biographicis auctoribus Varronem connumerans; alii denique aliis in scriptis, similibus titulis adlegatis, quae dinumerare longe foret prolixius.

LXI. Technica opera verisimiliter fuerunt illud Phavorini Suidae memoratum περὶ Σωκράτους, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἐρωτικῆς τέχνης = de Socrate, et de arte amatoria juxta ipsum =; illudque Galeni, cujus a Galeno (647) ipso fit mentio περὶ Κλειτομάχου, καὶ τῶν τῆς ἀποδείξεως αὐτοῦ λύσεων = de Clitomacho et de demonstrationis ejus solutionibus =.

LXII. Opus Historicum liber putatur Hermodori περὶ Πλάτωνος = de Platone =, quem citat Dercyllides apud Simplicium. (648) Laertius (649) Hermodorum adlegat in Vita Platonis. Ἔπειτα, ita ille, γενόμενος ὀκτὼ, καὶ εἴκοσιν ἐτῶν, καθά φησιν Ἑρμόδωρος, εἰς Μέγαρα πρὸς Εὐκλείδην σὺν ἄλλοις τισὶ Σωκρατικοῖς ὑπεχώρησεν. = Deinde cum an=

---

(644) Menagius, Obs. et Em. in Diog. Laer. Vit. Demetrii Lib. V. seg. 81.
(645) Aulus Gellius, Noct. Att. Lib. I. Cap. 24. Lib. XVII. Cap. 21.
(646) S. Hieronymus, Praef. ad lib. de Script. Eccles.
(647) Galenus, de libris propriis Cap. 12.
(648) Dercyllides, apud Simplicium commentar. ad Arist. Phys. Lib. I.
(649) Diogenes Laertius, in Vita Platonis Lib. III. segm. 6.

norum esset octo, et viginti, ut ait Hermodorus, cum aliis quibusdam Socraticis Megara cessit apud Euclidem = Rem eamdem narrans citaverat etiam Laertius (650) Hermodorum in Euclidis Vita. Πρὸς τοῦτον φησὶν ὁ Ἑρμόδωρος ἀφικέσθαι Πλάτωνα, καὶ τοὺς λοιποὺς φιλοσόφους, ἐς μετὰ τὴν Σωκράτους τελευτήν, δείσαντας τὴν ὠμότητα τῶν τυράννων = Ad hunc ait Hermodorus venisse Platonem, philosophosque reliquos, post Socratis mortem, Tyrannorum crudelitatem metuentes =

LXIII. Nescio an pluribus distinctis philosophorum Vitis constarent, continuamve Philosophicam praestarent historiam Speusippi opus περὶ φιλοσόφων = de philosophis = a Laertio (651) de Parmenide loquente citatum, et in Catalogo librorum Speusippi (652) indicatum, ut putant, sub titulo φιλόσοφος = Philosophus = sive, ut Meursius (653) legit φιλόσοφοι = Philosophi =: Anaxilidis libri περὶ φιλοσόφων = de philosophis =, quorum secundum citat Laertius, ~~itemque~~ Hierony (654) itemque Hieronymus, (655) qui operi titulum tribuit = de Philosophia =,

---

(650) Idem, in vita Euclidis Lib. II. segm. 106.
(651) Idem, in Vita Parmenidis Lib. IX. segm. 23.
(652) Idem, in Vita Speusippi Lib. IV. segm. 4.
(653) Meursius, Biblioth. Attic. Lib. VI. art. Speusippus.
(654) Diogenes Laertius, in vita Platonis Lib. III. segm. 2.
(655) S. Hieronymus, Contra Jovinian. Lib. I.

non =de philosophis=: Hippoboti de philosophis scriptum τῶν φιλοσόφων ἀναγραφὴ Laertio (656.) citatum, nec forte ab illo distinguendum περὶ αἱρέσεων=de sectis=, quod idem Laertius (657.) adlegat: Niciae denique Nicaeni historia de philosophis περὶ τῶν φιλοσόφων ἱστορία, quam, Athenaeo (658.) laudatam non diversam suspicor a Niciae ipsius Successionibus philosophorum.

LXIV. Dubium pariter videri potest utrum Pythagoricarum vitas continuerit Suidae (659.) memoratum Philochori opus, cui titulus: Συναγωγὴ Ἡρωΐδων, ἤτοι Πυθαγορείων γυναικῶν = Collectio Heroidum, sive Mulierum Pythagoricarum =: utrum celebrium vitae mulierum in illis clauderentur Anonymi Eclogis, quorum apud Photium (660.) fit mentio περὶ τῶν εἰς μέγα δόξης, καὶ ὄνομα λαμπρὸν ἀρθεισῶν γυναικῶν = De foeminis ad famae magnitudinem, nomenque splendidum evectis =: utrum tandem illustrium Virorum vitae in Herennii Philonis Byblii opere haberentur περὶ πόλεων, καὶ οὓς ἑκάστη αὐτῶν ἐνδόξους ἤνεγκε = de

---

(656.) Diogenes Laertius, in Vita Thaletis Lib. I. segm. 42.
(657.) Idem, Prooem. ad op. de Vit. dogm. et apoph. Clar. Philos. segm. 19. in Vita Aristippi Lib. II. segm. 88.
(658.) Athenaeus, Deipnos. Lib. IV.
(659.) Suidas, Lex. art. Φιλόχορος.
(660.) Photius, Biblioth. Cod. CLXI.

Urbibus, et quos illarum quaeque illustres Viros tulerit=; cujus epitomen ab Aelio Sereno libris tribus complexam memorat Suidas. Epitomen illam adlegat quoque magni Ethymologici auctor, (661.) apud quem male περιπόλων legitur pro περὶ πόλεων.

LXV. Heraclides Ponticus in libris duobus περὶ Ἀρχιλόχου, καὶ Ὁμήρου = de Archilocho, et Homero= grammatice videtur de hisce poetis egisse cum Laertius (662.) in Heraclidis ipsius grammaticorum operum numerum libros illos adsciscat. Librum etiam confecit Heraclides περὶ ποιητικῆς καὶ τῶν ποιητῶν = de poetice, et poetis=, ut e Laertio (663.) docemur. Scripsit etiam ille de Hesiodo, et Homero, sed Chamaeleon apud Laertium (664.) ait: τὰ παρ' ἑαυτῷ κλέψαντα αὐτὸν τὰ περὶ Ἡσιόδου, καὶ Ὁμήρου γράψαι = sua furatum scripsisse illum de Hesiodo, et Homero.

LXVI. Grammaticum opus fuit etiam ni fallor illud Arati περὶ Ὁμήρου, καὶ Ἰλιάδος = de Homero, et Iliade=, quod memorat auctor ipsius Arati vitae (665.) Petro Victorio editae, et Dionysio Petau.

(661.) Ethymologicum magnum art. ἀρσινόη, βουκέρας.

(662.) Diogenes Laertius, in Vita Heraclidis Lib. V. segm. 87.

(663.) Idem. l. c. segm. 88.

(664.) Chamaeleon apud eumdem l. c. segm. 92.

(665.) Arati Genus, et Vita Cap. 1.

LXVII. Apollodori Atheniensis opus περὶ Σώφρονος = de Sophrone = ab Athenaeo, (666.) et Aristophanis Scholiaste (667.) citatum commentarium ad Sophronis scripta potius quam ejusdem Sophronis historiam praestasse putatur.

LXVIII. Scripsit Glaucus Rheginus Plutarcho (668.) memoratum opus περὶ ποιητῶν = de poetis =, sive ὑπὲρ τῶν ἀρχαίων ποιητῶν = de antiquis poetis =, (669.) aut περὶ τῶν ἀρχαίων ποιητῶν τε, καὶ μουσικῶν = de antiquis poetisque, et musicis =, (670.) ut aliis in locis opus illud Plutarchus adpellat. Scriptum hoc eodem Plutarcho (671.) teste a nonnullis tributum fuit Antiphonti, cujus apud Plutarchum ipsum (672.) memoratum legimus scriptum aliud περὶ Ἡροδότου = de Herodoto =, quod ad hujus nominis Historicum spectasse putat Vossius (673.) Fabricio (674.) idcirco reprehensus, qui in Plutarcho Ἡρώδου = Herode = pro Ἡροδότου = Herodoto = legendum suspicatur.

(666.) Athenaeus, Deipnos. Lib. III. VII.
(667.) Scholiastes Aristophanis, ad Vesp. vers. 523.
(668.) Plutarchus, in Vita Antiphontis
(669.) Idem, de Musica
(670.) Idem, l. c.
(671.) Idem, in Vita Antiphontis
(672.) Idem, l. c.
(673.) Vossius, de Historic. Graec.
(674.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. II. Cap. 26. §. 2.

LXIX. Memorat Xenophon Longinus (675) sua de Xenophonte scripta τὰ περὶ Ξενοφῶντος, sed ista ut verisimillimum videtur nihil minus quam Xenophontis historiam continebant; commentarium forte in ejusdem opera praestabant. Observatum enim in graecis scriptoribus τὰ περὶ Ὁμήρου, τὰ περὶ Ὀδυσσείας, τὰ περὶ Ἀλκαίου, Commentaria in Homerum, Hodysseam, Alcaeum, ratione exempli, aliquando notare. Suspicatur Schardam (676) τὰ περὶ Ξενοφῶντος = scripta de Xenophonte = partem olim constituisse τῶν φιλολόγων = Philologorum = Longini; de quibus Schardam ipse consulendus, qui opus hoc non historicum ut Jonsius, (677) sed criticum putat, ac de antiquis scriptoribus judicia continuisse arbitratur, et quamdam = veluti ingeniorum censuram =

LXX. Tiberii Rhetoris opera περὶ Δημοσθένους, καὶ Ξενοφῶντος = de Demosthene, et Xenophonte =, περὶ Ἡροδότου καὶ Θουκυδίδους = de Herodoto et Thucydide = Suidae memorata comparationem potius, ut putandum, quam historiam scriptorum illorum continuerunt.

LXXI. Rhetorica opera fuerunt verisimiliter illud Heronis Atheniensis, cujus mentio apud Suidam περὶ ἀρχαίων ῥητόρων καὶ τῶν λόγων οἷς ἐνίκησαν πρὸς ἀλλήλους

(675.) Longinus, De Sublim. sect. 8.

(676.) Schardam, Disser. Philol. de Vita et script. Longini §. 10.

(677.) Jonsius, De Script. Hist. Phil. Lib. III. Cap. 14.

ἀγονιζόμενοι = de antiquibus Rhetoribus, et Orationibus ~~cū~~ ~~qui~~bus cum quibus ad invicem concertantes vicerunt =; illudque Lysimachidis πρὸς Καικίλιον περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ῥητόρων = Contra Caecilium de Rhetoribus Atheniensibus = citatum Ammonio Grammatico, (678.) apud quem legebat Valckenar περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἑορτῶν = de festis Atheniensium = pro περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ῥητόρων = de Rhetoribus Atheniensibus =, et Toupius (679.) περὶ τῶν ί παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ῥητόρων = de decem Rhetoribus Atheniensibus =. Vossius, (680.) qui opus hoc Caecilio Lysimachidem inscripsisse putavit vocem πρὸς reddens = ad; non = adversus = a Toupio corripitur.

LXXII. De Lysia scripta confecit Caecilius ὑπὲρ Λυσίου συγγράμματα Longino citata, (681.) et Photio fortasse respecta, aliudque de Antiphonte & περὶ Ἀντιφῶντος σύνταγμα Plutarcho laudatum. (682.) Videndus Photius. (683.) Scripsit etiam Suida (684) teste opus, cui titulus: περὶ Δημοσθένους, ποῖοι

(678.) Ammonius Grammaticus, De Differ. Verb. art. θεωρός

(679.) Toupius, Animadversion. in Longin. de Sublim. Sect. 1.

(680.) Vossius, de Histor. Graec. Lib. IV. Cap. 16.

(681.) Longinus, de Sublim. Sect. 32.

(682.) Plutarchus, in Vita Antiphontis

(683.) Photius, Biblioth. Cod. CCLIX.

(684.) Suidas, ~~art.~~ Lex. art. Καικίλιος

αὐτοῦ γνήσιοι λόγοι, καὶ ποῖοι νόθοι = de Demosthene, quae ejus genuinae orationes sint, et quae spuriae =

LXXIII. Historicum opus putatum fuit illud Telephi Pergameni περὶ Τραγικῶν, καὶ Κωμικῶν = de Tragicis, et Comicis = Suidae (685) memoratum.

LXXIV. Tale etiam videtur Asclepiadis Myrleani opus περὶ Γραμματικῶν = de Grammaticis =, cujus librum sextum citat Suidas, (686) decimum primum auctor Vitae Arati (687.) Victorio editae, et Petau. Asclepiadis Myrleani scriptum περὶ Κρατίνου = de Cratino = memorat Athenaeus, (688) qui etiam (689.) Asclepiadis Arei filii scriptum laudat περὶ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως = de Demetrio Phalereo =

LXXV. De Sibylla Samia egit Eratosthenes auctore Suida; (690) latet vero an in peculiari scripto, sive obiter in quodam opere, ut in illo de Chronologia. Eratosthenis ipsius laudat Athenaeus (691.) biographicum forte opus inscriptum Ἀρίστων = Ariston =.

(685.) Idem, l. c. art. Τήλεφος.
(686.) Idem, l. c. art. Ὀρφεὺς Κροτωνιάτης.
(687.) Arati Genus, et Vita Cap. 1.
(688.) Athenaeus, Deipnos. Lib. XI.
(689.) Idem, l. c. Lib. XIII.
(690.) Suidas, Lex. art. Σίβυλλαι.
(691.) Athenaeus, Deipnos. Lib. VII.

LXXVI. Demetrius Magnesius scripsit περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν τε, καὶ συγγραφέων = de Homonymis Poetis= que, et Scriptoribus=. Nescio an hoc opus integras contineret Homonymorum Vitas. Ipsum Laertius citat in Vitis Epimeni= dis,(692.) et Aristotelis.(693.) Brevius Demetrium ἐν τοῖς ὁμω= νύμοις = in Homonymis= idem laudat in Vitis Thaletis,(694.) Pittaci,(695.) Demetrii Phalerei,(696.) Heraclidis Pontici,(697.) Diogenis Cynici,(698.) Zenonis Cittiensis,(699.) Cleanthis, (700.) Chry= sippi,(701.) Hippasi,(702.) Philolai,(703.) Heracliti,(704.) Zenonis Eleatis,(705.) et Democriti.(706.) Adlegat similiter Athenaeus

---

(692.) Diogenes Laertius, in Vita Epimenidis Lib. I. segm. 112.
(693.) Idem, in Vita Aristotelis Lib. V. segm. 3.
(694.) Idem, in Vita Thaletis Lib. I. segm. 38.
(695.) Idem, in Vita Pittaci Lib. I. segm. 79.
(696.) Idem, in Vita Demetrii Phalerei Lib. V. segm. 75.
(697.) Idem, in Vita Heraclidis Lib. V. segm. 89.
(698.) Idem, in Vita Diogenis Lib. VI. segm. 79.
(699.) Idem, in Vita Zenonis Cittiensis Lib. VII. segm. 31.
(700.) Idem, in Vita Cleanthis Lib. VII. segm. 169.
(701.) Idem, in Vita Chrysippi L. VII. seg. 185. (702.) Idem in Vita Hippasi L. VIII. seg. 84.
(703.) Idem, in Vita Philolai L. VIII. seg. 85. (704.) Idem, in Vita Heracliti L. IX. seg. 15.
(705.) Idem, in Vita Zenonis Eleatis Lib. IX segm. 27.
(706.) Idem, in Vita Democriti Lib. IX. seg. 35.

(707.) ἐν τοῖς ὁμωνύμοις = in Homonymis = Demetrium Magnesium de Theotimo, et Epicureo Zenone loquentem. Demetrium ipsum ἐν τοῖς περὶ ὁμωνύμων = in Scriptis de Homonymis = adlegat Harpocratio; (708.) ἐν τῇ περὶ ὁμωνύμων πραγματείᾳ = in tractatu de Homonymis = Dionysius Halicarnasseus, (709.) apud quem male Δῆμος ὁ Μάγνης = Demus Magnesius = legebatur pro Δημήτριος ὁ Μάγνης = Demetrius Magnesius. = Errorem hunc notavit Meursius. (710.) In Plutarchi Vita Demosthenis ubi citatur Δημήτριος ὁ Μάγνης ἐν τοῖς περὶ Συνωνύμων = Demetrius Magnesius in scriptis de Synonymis = legendum opinatur Casaubonus (711.) ἐν τοῖς περὶ ὁμωνύμων = in scriptis de Homonymis =. Apud Ciceronem (712.) ubi mentio fit operis περὶ ὁμονοίας = de Concordia = a Demetrio Magnesio ad Atticum missi, legit Maussac (713.) περὶ ὁμωνύμων = de Homonymis =

(707.) Athenaeus, Deipnos. Lib. XIII.
(708.) Harpocratio, Lex. art. Ἰσαῖος
(709.) Dionysius Halicarnasseus, De Orat. Attic. Commen. de Dinarcho.
(710.) Meursius, Cret. Lib. I. Cap. 1. Biblioth. Graec. Lib. III. art. Demetrius Magnesius.
(711.) Casaubonus, Not. ad Diog. Laer. Vit. Thaletis Lib. I. segm. 38.
(712.) M. Tullius Cicero, Ad Attic. Lib. VIII. epist. 11.
(713.) Maussac, ad Harpocration. Lexic.

LXXVII. De hisce scripsit etiam Agresphon, ut in Suida (714) legitur, qui ejus de Homonymis adlegat opus agens de juniore Apollonio Tyanensi. Cujusdam Antiphanis Comoediae, cui titulus Ὁμώνυμοι = Homonymi = versus nonnullos adfert Athenaeus, (715) qui sub eodem titulo laudat etiam aliam Dionysii Sinopensis.

LXXVIII. Librum scripsit Theophrastus περὶ τῶν μουσικῶν = de Musicis = teste Laertio. (716.) Euphranor, Phillis Delius, et Archestratus scripserunt περὶ αὐλητῶν = de tibicinibus =, et Aristeas περὶ κιθαρῳδῶν = de citharoedis =, ut discimus ex Athenaeo, qui Pyrandrum quoque citat ἐν τῷ περὶ αὐλητῶν = in scripto = de tibicinibus =, et Aristoxenum ἐν τοῖς περὶ αὐλητῶν = in scriptis de tibicinibus =, (717.) haec, ni fallor, distinguens ab illis περὶ αὐλῶν, καὶ ὀργάνων = de tibiis, et organis = quae simul citat. Ad Aristoxeni opus de tibicinibus fortasse respexit Tatianus, (718.) Aristoxenum citans de Antigenide tibicine loquentem, et Athenaeus (719.) ipse alibi, cum Aristoxe-

(715.) Athenaeus, Deipnos. Lib. III.
(716.) Diogenes Laertius, in Vita Theophrasti Lib. V. segm. 49.
(717.) Athenaeus, Deipnos. Lib. XIV.
(718.) Tatianus, Orat. Cont. Graec.
(719.) Athenaeus, Deipnos. Lib. IV.

num de Olympiodoro tibicine agentem adlegavit.

LXXIX. Artemon opus confecit περὶ ζωγράφων = de pictoribus = ab Harpocratione (720.) a quo etiam (721.) liber octavus laudatur alterius Jubae operis sub eodem titulo. Pamphilus scripsit περὶ γραφικῆς, καὶ ζωγράφων ἐνδόξων = de pictura, et pictoribus illustribus =, teste Suida, ~~et~~ et Polemon περὶ ζωγράφων πρὸς Ἀντίγονον = de pictoribus ad Antigonum =, ut ab Athenaeo (722.) docemur. Callixeni operis, cui titulus: τῶν ζωγράφων τε, καὶ ἀνδριαντοποιῶν ἀναγραφὴ = Commentarium de pictoribus, et statuariis =, mentio apud Photium. (723.) Illud περὶ ἀγαλματοποιῶν Adaei Mitylenaei citat Athenaeus, (724.) qui illud etiam Menaechmi laudat περὶ τεχνιτῶν = de artificibus =. (725.)

LXXX. De legislatoribus praeter Hermippum, et Theophrastum supra memoratos scripsit Apollodorus Atheniensis, quem ἐν δευτέρῳ περὶ νομοθετῶν = in secundo de legislatoribus =

(720.) Harpocratio, Lex. art. Πολύγνωτος

(721.) Idem, l. c. art. Παῤῥάσιος

(722.) Athenaeus, Deipnos. Lib. XI.

(723.) Photius, Biblioth. Cod. CLXI.

(724.) Athenaeus, Deipn. Lib. XIII.

(725.) Idem, l. c. Lib. II. XIV.

laudat Laertius (726.) in Vita Solonis.

LXXXI. Omitto doctorum Vitas a recentioribus auctoribus, Graecis etiam, conscriptas, ut Aesopi vitam auctore Maximo Planude, ac Theoduli, sive Thomae Magistri Vitas Euripidis, et Aristophanis, Moschopuli item Synopsim Vitae Euripidis, ac Demetrii Chalcondylae in vitam, et scripta Homeri commentarium, cujus mentio in Catalogo Manuscriptorum Graecorum Petri Pantin ab hoc ipso ad Joannem Meursium misso. Vitas vero virorum doctrina illustrium ab auctoribus quibuslibet recentis aetatis conscriptas recensere diutissimi laboris opus foret.

(726.) Diogenes Laertius, in Vita Solonis, Lib. I. segm. 58.

Index

Veterum auctorum hac in Commentatione memoratorum, Qui vel scripserunt, vel an scripserint in incerto est Vitas Virorum doctrina illustrium. = Numeri sectiones designant.

A.

Adaeus 79.
Agresphon 77.
Alexander Polyhistor 12.
Ambryon 60.
Ammonius Hermeae filius 40.
Amphicrates 23.
Anaxilides 63.
Anonymi 3. 5. 8. 50. 58. 64.
Antigonus Carystius 14.
Antimachus 4.
Antiphon 17. 68.
Antisthenes 12.
Antisthenes Cynicus 60.
Aphanes 60.
Apollodorus Atheniensis 4. 60. 67. 80.
Apollodorus Epicureus 41.
Apollonius Alexandrinus 6.
Apollonius Aphrodisiensis 60.
Apollonius Grammaticus 8.

Apollonius Rhodius 60.
Apollonius Stoicus 31.
Apollonius Tyanensis 35.
Apollonius Tyrius 31.
Appianus Alexandrinus 52.
Aratus 66.
Archestratus 78.
Aristarchus 4.
Aristeas 78.
Aristodemus 60.
Aristophanes 4.
Aristoteles 21. 31. 60.
Aristoxenus 9. 78.
Arrianus (Flavius) 44.
Artemon 60. 79.
Asclepiades Arei filius 74.
Asclepiades Myrleanus 74.
Asconius Pedianus 66.
Asitus v. Laetus.

B.

Baton 60.
Batton v. Baton.
Boethus 60.

C.

Caecilius 72.
Callimachus 4.
Callixenus 79.
Carystius 60.
Chaetus v. Laetus
Chamaeleon 4.
Charon 24. Choricius 51. ~~29.~~
Chrysippus 27.
Cleanthes 60.
Clearchus 29. 51.
Cleomenes 60.
Coricius 51.
Cornelius Nepos 53.
Crates 4.

D.

Daedachus v. Daimachus
Daedalus v. Daimachus
Daimachus 19.
Damas 43.
Damascius 46.
Damastes 60.
Damis 35.
Damon 60.
Damophilus 30.

Dandalus v. Daimachus.
Demetrius Byzantius 60.
Demetrius Magnesius 76.
Demetrius Phalereus 60.
Demochares 60.
Dicaearchus 13.
Didymus 60.
Dinarchus 60.
Dio Cassius 45.
Diocles Magnesius 15.
Diocles Medicus 60.
Diodorus Ephesius 60.
Diogenes Laertius 32.
Dionysius Halicarnasseus 6.
Dionysius olynthius 4.
Dionysius Phaselites 60.
Donatus (Aelius) 57.
Donatus (Tib. Claudius) 55.
Dorotheus Ascalonites 60.
Duris 60.

E.

Ephorus 4.
Eratosthenes 4. 75.
Evagoras 42.

Eubulides 60.
Eunapius 36.
Euphorion 60.
Euphranor

F.

Flaccus Rebius v. Rebius.

G.

Galenus 61.
Glaucus 68.

H.

Heraclides Lembus 11.12.26.
Heraclides Ponticus 26.31.60.65.
Herennius Philo v. Philo Byblius.
Herennius Senecio v. Senecio.
Hermippus 11.
Hermodorus 62.
Hero 71.
Herodorus 3.
Herodotus Halicarnasseus 3.4.
Herodotus Olophyxius 3.
Hieronymus 60.
Hippobotus 63.
Hyginus (C. Julius) 54.

J.

Jamblichus 33.

Jason 12. 24. 42. 63.

Joannes Philoponus V. Philoponus.

Josephus Judaeus 52.

Irenaeus 60.

Juba 79.

L.

Laertius (Diogenes) V. Diogenes.

Laetus 16.

Libanius 52.

Lycon

Lynceus

Lysanias

Lysimachides

Lobon 60.

Longinus (Cassius Dionysius) 69.

Lucianus 52. Lycon 60. Lynceus 60. Lysanias 60. Lysimachides 71.

M.

Marcellinus 49.

Marinus Neapolitanus 47.

Maximus Aegeus 35.

Menaechmus 79.

Megaclides 4.

Metrodorus 60.
Moeragenes 35.

N.

Neanthes 22.
Nepos (Cornelius) v. Cornelius.
Nicagoras 24.
Nicander Alexandrinus 31.
Nicander Colophonius 60.
Nicomachus Nicias 12. 63.
Nicomachus 35.
Nicomedes 60.

O.

Oenomaus 35.
Olympiodorus 39.
Orosius (Paulus) 58.

P.

Pamphilis 79.
Panaetius 60.
Paulus Orosius v. Orosius
Phanias 35. 60.
Phanocritus 60.
Phavorinus 6. 60. 61.

Philippus Opuntius 60.
Philiscus 11.
Phillis 78.
Philo Alexandrinus Judaeus 33.
Philo Byblius (Herennius) 64.
Philochorus 4. 60. 64.
Philoponus (Joannes) 40.
Philostratus 35.
Phocas 55.
Plinius Secundus Senior (C.) 56.
Plutarchus 6. 7.
Polemon 79.
Porphyrius 37. 38.
Probus 55.
Proclus 5.
Pyrander 78.
Pythagoras 60.

R.

Rebius (Flaccus) 55.
Rufus (P. Rutilius) v. Rutilius
Rutilius Rufus (P.) 52.

S.

Santra 59.
Satyrus 11.

Seleucus 28.
Senecio (Herennius) 55.
Serenus (Aelius) 64.
Servius 55.
Soranus 48.
Sosibius 60.
Sosicrates 12.
Soterichus 35.
Sotio 12.
Speusippus 51. 63.
Sphaerus 60.
Stesimbrotus 4.
Suetonius Tranquillus (C.) 57.

T.

Tascius Victorianus 35.
Telephus 73.
Theagenes 4.
Theano 60.
Theophrastus 25. 78.
Theseus 24.
~~Timaeus~~ Tiberius 70.
Timaeus 34.
Timotheus 25.
Tranquillus (C. Suetonius) V. Suetonius

Tribonianus 42.

V.

Varro (M. Terentius) 52. 60.
Victorianus (Tascius) v. Tascius
Vopiscus (Flavius) 35.

X.

Xanthus 18.
Xenocrates 24. 60.
Xenophon 20.

Z.

Zenodotus 4.
Zosimus Ascalonites 50.
Zosimus Panopolites 39.

Index

Virorum doctrina illustrium hac in Commentatione memoratorum Quorum Vitae scriptae fuerunt, vel in incerto est scriptae fuerint a veteribus Auctoribus = Numeri sectiones designant.

A.

Aeschines Orator 8.

Aeschines Socraticus 32

Aeschylus 4. 8.

Alcaeus 13. 60.

Alcmaeon 32.

Alcman 13. 60.

Alexinus 10 32.

Alypius 33.

Anacharsis 10 32.

Anacreon 4.

Anaxagoras 10. 11. 32. Anaxarchus 10. 11. 32.

Anaximander 32. 60.

Anaximenes 32.

Andocides 8.

Antigenides 78.

Antiphanes 60.

Antiphon 8. 72.

Antisthenes 10. 32.

Apollonius Dyscolus 8.
Apollonius Rhodius 8. 60.
Apollonius Tyanensis 35.
Apollonius Tyanensis Junior 77.
Appianus Alexandrinus 52.~~52~~.
Aratus 8.
Arcesilaus 10.32.
Archelaus 32.
Archidamus 60.
Archilochus 18. 60. 65.
Archimedes 11. 26.
Archytas 10.32~~10~~. ~~60~~.
Areus 32.
Aristippus 15. 32.
Ariston 32.60.75.
Aristophanes 8.
Aristoteles 8. 10.25.32.40.76.
Aristotelis discipuli 31.
Arrianus 45. Artifices 79.
Atticus (T. Pomponius) 53.
Axiothea 13.

B.

Bias 11. 32.

Bion 32.

C.

Carneades 32.

Cebes 32.

Charmus 29.

Chilo 10. 32.

Chrysippus 10. 15. 32. 76.

Cicero (M. Tullius) 7. 53.

Citharoedi 78.

Cleanthes 15. 32. 76.

Cleobulus 32.

Clitomachus 61.

Comici 73.

Cornutus 32.

Crantor 32.

Crates Atheniensis 32.

Crates Cynicus 7. 15. 31. 32.

Cratinus 74.

Crito 32.

Cte Cynici 31.

D.

Demetrius Phalereus 10.32.74.76.
Democritus 10.32.60.76.
Demonax 52.
Demosthenes 7.8.10.25.50.72.
Dinarchus 8.
Diodorus Aspendius 10.
Diodorus Iaseus 32.
Diogenes Apolloniates 32.
Diogenes Cynicus 15.31.32.60.76.
Dionysius Heracleotes 15.32.
Donatus Grammaticus 55.

E.

Empedocles 10.11.18.22.32.60.
Epicharmus 32.60.
Epictetus 44.
Epicurus 10.15.32.41.
Epimenides 32.76.
Eretrienses Philosophi 60.
Eubulides 32.
Euclides Megarensis 32.
Eudemus 43.
Eudoxus 32.60.

Euphantus 32.
Euripides 13. 60.
Euxitheus 29.

G.

Geometrae 60.
Gorgias 10. 11. 29.
Gorgippus 60.
Grammatici 57. 74.

H.

Helvidius Priscus 55.
Heraclides Ponticus 9. 10. 32. 76.
Heraclitus 22. 29. 60. 76.
Herillus 32.
Hermogenes 8.
Herodotus 68. 70.
Hesiodus 7. 60. 75.
Hipparchia 32.
Hippasus 32. 76.
Hippocrates 48.
Hippon 9.
Historici Graeci 53.
Historici Latini 53.

Homerus 3. 4. 5. 6. 13. 60. 75.
Homonymi 76. 77.
Horatius Flaccus (Q.) 57.
Hyperides 8. 10.

J.

Jacob 3.
Jambici 60.
Interpretes 60.
Jon 60.
Josephus Judaeus 52.
Isaac 3.
Isaeus 8.
Isidorus 46.
Isocrates 8. 10.
Isocratis discipuli 8. 10.
Juvenalis (Junius) 57.

L.

Lacydes 32.
Lasus 4. 9.
Legislatores 10. 25. 40.
Leucippus 32.
Libanius 52.

Lucanus (M. Annaeus) 57. 58.
Lucianus 52.
Lycon 14. 32.
Lycurgus legislator 7. 10. ~~19~~. 25. 60.
Lycurgus Orator 8. 11.
Lyrici 60.
Lysias 8. 72.
Lysimachus 10

M.

Magi 10.
Medici 48.
Menander 60.
Menedemus Eretriensis 10. 14. 15. 32.
Menedemus Lampsacenus 15. 32.
Menippus 10. 15. 32.
Metrocles 32.
Monimus 32.
Moyses 3.
Mulieres illustres 24. 64.
Mulieres philosophae 31.
Musaeus 3.
Musici 68. 78.
Myrmex 32.
Myson 32.

N.

Nicander 8.
Numa Pompilius 7.

O.

Onesicritus 32.
Oppianus 8.
Orpheus 3. 60.

P.

Parmenides 32. 63.
Parrhasius 29.
Periander 22. 32.
Persius Flaccus (A.) 57.
Phaedo 32.
Pherecydes 10. 32.
Philiscus 10.
Philistus 53.
Philolaus 10. 22. 32. 76.
Philologi 69.
Philosophi 12. 15. 16. 19. 20. 32. 37. 46. 60. 63.
Physiologi veteres 27.
Pindarus Pictores 79.
Pindarus 4. 7. 60.

Pittacus 29. 32. 76.
Plato 9. 10. 13. 22. 25. 28. 32. 37. 39. 51. 60. 62.
Plinius Secundus senior (C.) 57. 58.
Plotinus 38.
Poetae 57. 60. 68.
Poetae Colophonii 60.
Poetae Latini 53.
Poetae Veteres 68.
Polemon 14. 32.
Pomponius Secundus 56.
Potamon 32.
Praxidamas 9.
Priscus (Helvidius) V. Helvidius.
Proclus 47.
Procopius Gazaeus 51.
Protagoras 32.
Pyrrhon 17. 14. 15. 32.
Pythagoras 8. 10. 13. 22. 32. 33. 37. 60.
Pythagoricae 64.
Pythagorici. 22. 31.

Q.

Quintilianus (M. Fabius) ~~54. 64.~~

R.

Rhetores Athenienses 71.
Rhetores decem 8.
Rhetores illustres 57.
Rhetores veteres 71.
Romani illustres 57.
Rufus (P. Rutilius) v. Rutilius.
Rutilius Rufus (P.) 52.

S.

Sallustius (C. Crispus) 56.
Sapientes septem 10. 13.
Sappho 4.
Servi doctrina illustres 11. Sibylla Samia 75.
Simmias 32.
Simon Atheniensis 32.
Simonides 4.
Socrates 9. 10. 32. 37. 60. 61.
Socratici 31. Solon 7. 10. 25. 32. 40.
Sophistae 21. ~~20.~~ 32. 35. 36. 60.
Sophocles 8. 60.
Sophron 67.
Sotades 60.
Speusippus 25. 32.
Sphaerus 32.

Statuarii 79. 78.
Stesichorus 4.
Stilpo 10. 32.
Stoici 31.
Straton 32.

T.

Technon 29.
Telestes 9.
Terentius (M.) ~~Th~~ 53.57.58.59. Thales 10.32.76.
Theocritus 8. 60.
Theodorus Atheus 23. 32.
Theodotus 42.
Theognis 60.
Theophrastus 10. 32.
Theotimus 76.
Thespis 4.9.
Thucydides 8. 49. 68.
Tibicines 78.
Timagenes 42.
Timon 14. 32.
Tragici 9. 60. 73.

V.

Varro (M. Terentius) 52.
Veteres 30.

Virgilius Maro (P.) 54.55.
Viri illustres 22.23.24.53.57.59.64.
Viri doctrina illustres 10.
Viri virtute praestantes 17.

X.

Xenocrates 9.32.
Xenophanes 32.
Xenophilus 9.
Xenophon 15.32.68.69.

Z.

Zeno Cittiensis 14.25.31.32.76.
Zeno Eleates 10.32.76.
Zeno Epicureus 76.

Porphyrii
De Vita Plotini,
et Ordine Librorum ejus
Commentarius

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ

ΠΕΡΙ ΠΛΩΤΙΝΟΥ ΒΙΟΥ,
Καὶ τῆς τάξεως
τῶν βιβλίων αὐτοῦ.

Κεφάλαιον α'.

Πλωτῖνος ὁ καθ' ἡμᾶς γεγονὼς φιλόσοφος, ἐῴκει μὲν αἰσχυνομένῳ ὅτι ἐν σώματι εἴη. Ἀπὸ δὲ τῆς τοιαύτης διαθέσεως οὔτε περὶ τοῦ γένους αὐτοῦ διηγεῖσθαι ἐνείχετο, οὔτε περὶ τῆς πατρίδος. Ζωγράφου δὲ ἀνασχέσθαι, ἢ πλάστου τοσοῦτον ἀπηξίου, ὥστε καὶ λέγειν πρὸς Ἀμέλιον δεόμενον εἰκόνα αὐτοῦ γενέσθαι ἐπιτρέψαι· οὐ γὰρ ἀρκεῖ φέρειν ὃ ἡ φύσις εἴδωλον ἡμῖν περιτέθεικεν, ἀλλὰ καὶ εἰδώλου εἴδωλον συγχωρεῖν αὐτὸν ἀξιοῦν πολυχρονιώτερον καταλιπεῖν, ὡς δή τι τῶν ἀξιοθεάτων ἔργων; ὅθεν ἀπαγο-

Porphyrii
De vita Plotini,
et ordine librorum ejus
Commentatio.

Caput I.

Plotinus Philosophus nostro seculo singularis, pudore quodam affici videbatur quod anima ejus in corpore esset. Quum igitur sic esset affectus, nimirum neque unde genus duceret, neque quibus esset ortus parentibus, neque etiam qua patria oriundus aequo animo narrabat. Idem tantopere indignabatur effigiem corporis tradere pictoribus et plastis exprimendam, ut cum Amelius obsecraret ut imaginem suam permitteret effingi, quasi vero, inquit, non satis hanc imaginem ferre sit quam natura nobis ab initio circumdedit; etiam censes imaginis hujus imaginem diuturniorem insuper posteris, ut opus spectaculo dignum relinquendum? Cum igitur id sedulo dene-

ρεύοντος, καὶ καθεδεῖσθαι ἕ=
νεκα τούτου ἀρνουμένου, ἔχων
φίλον ὁ Ἀμέλιος Καρτέριον τὸν
ἄριστον τῶν τότε γεγονότων
ζωγράφων, εἰσίεναι, καὶ ἀ=
παντᾶν εἰς τὰσ συνουσίας ποιή=
σας, ἐξῆν γὰρ τῷ βουλομένῳ
φοιτᾶν εἰς τὰς συνουσίας, τὰς
ἐκ τοῦ ὁρᾶν φαντασίας πλη=
κτικωτέρας λαμβάνειν διὰ
τῆς ἐπὶ πλέον προσοχῆς συ=
νείθισεν. Ἔπειτα γράφοντος ἐκ
τοῦ τῇ μνήμῃ ἐναποκειμένου
ἰνδάλματος τὸ εἴκασμα, καὶ
συνδιορθοῦντος εἰς ὁμοιότητα
τὸ ἴχνος τοῦ Ἀμελίου, εἰκόνα
αὐτοῦ γενέσθαι ἡ εὐφυΐα τοῦ
Καρτερίου παρέσχεν, ἀγνοοῦντος
τοῦ Πλωτίνου, ὁμοιοτάτην.

Κεφάλαιον β΄

Κοιλιακῇ δὲ νόσῳ πολλάκις
καταπονούμενος οὔτε κλυστῆ=
ρος ἠνέσχετο οὐκ εἶναι πρὸς τοῦ
πρεσβυτέρου λέγων τὰς ~~τας~~ τοιαύ
τας ὑπομένειν τὰς τοιαύτας θερα=
πείας οὔτε τὰς θηριακὰς ~~ανδ~~
ἀντιδότους λαβεῖν ὑπέμεινε, μη=

garet, renueretque sedendo picto=
ris operam expectare, Amelius a=
micum nomine Carterium picto=
rem suis temporibus optimum, Plo=
tini scholas ingredi jussit, licebat
enim cuilibet coetibus ibi dispu=
tantium interesse. Pictorem igitur
assuefecit Amelius longa qua=
dam attentione concitatiores ex
intuitu imagines mente concipe=
re. Deinde dum et Carterius ex
imagine memoriae commendata
similitudinem rite referret, et A=
melius simul lineamenta ad con=
sequendam similitudinem emen=
daret, pictoris hujus ingenio si=
mulachrum reddidit, Plotino ne=
sciente, simillimum.

Caput II.

Proinde cum saepe coeliaco
vexaretur morbo, semper clyste=
res renuit, negans decere senem
curationes ejusmodi. Neque the=
riaca antidota unquam acce=
pit, cum nec ex animalium quo=
que mansuetorum corporibus ca=

δὲ τῶν ἡμέρων ζώων τὰς ἐκ τοῦ σώματος τροφὰς προσίεσθαι λέγων. Λουτροῦ δὲ ἀπεχόμενος, καὶ τρίψεσι καθ' ἑκάστην ἡμέραν χρώμενος ἐπὶ τῆς οἰκείας, ἐπειδὴ τοῦ λοιμοῦ ἐπιβρίσαντος συνέβη τοὺς τρίβοντας αὐτὸν ἀποθανεῖν, ἀμελήσας τῆς τοιαύτης θεραπείας, καθ' ὀλίγον τὴν τοῦ κυνάγχου ἀγριότητα κατασκευαζομένην ἔσχε. Κἀμοῦ μὲν παρόντος οὐδέν πω τοιοῦτον ~~ὑπέφαινε~~ ὑπεφαίνετο· ἀποπλείσαντος δὲ εἰς τοσοῦτον ἠγριώθη τὸ πάθος, ὡς ἔλεγεν ἐπανελθόντι Εὐστόχιος ὁ ἑταῖρος ὁ καὶ παραμείνας αὐτῷ ἄχρι θανάτου, ὡς καὶ τῆς φωνῆς περιαιρεθῆναι τὸ τορὸν καὶ εὔηχον, βραγχῶντος αὐτοῦ, καὶ τὴν ὄψιν συγχυθῆναι, καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς πόδας ἑλκωθῆναι. Ὅθεν ἐκτρεπουμένων αὐτοῦ τὰς συναντήσεις τῶν φίλων, διὰ τὸ ἀπὸ στόματος πάντας προσαγορεύειν ἔθος ἔχειν, τῆς μὲν πόλεως

pere se escam diceret. Abstinebat et balneis: ~~frictioni~~ fricationibus autem domi quotidie utebatur. Cum vero ingravescente supra modum pestilentia, qui perfricabant eum e vita jam decessissent: ipse autem curationes id genus omnia neglexisset paulatim in anginam incidit. Quod sane malum olim me praesente nullum sui unquam dedit indicium. Quum vero navi discessissem usque adeo morbi hujus pestis invaluit, quemadmodum postea redeunti mihi amicus Eustochius retulit, qui Plotinum usque ad obitum non deseruit, ut raucedine nimia clarus atque canorus ille vocis rotundae vigor omnis abiret, caligaret, et visus, manusque, et pedes ulcerarentur. Quamobrem cum amici eum non amplius salutarent propterea quod ipse omnes ore proprio appellare consueverat, ex urbe discessit. Pro-

„συγγνώμης δικαίας παρά σου
„τυχεῖν. Ἄλλως τε καὶ τοῦ

„nat, accusant, et mendaci dica=
„citate in eum invehuntur. Quum
„vero tu occasione hac utendum
„censeas, cum videlicet ut quae
„nobis videntur ad reminiscendum
„promptiora reddamus, tum etiam
„ut in amici gloriam, praesertim
„qualis est magnus Plotinus, quam=
„vis olim decantata mysteria ple=
„nius cognoscantur, morem tibi
„gessi, jamque tibi reddo promissa,
„triduo quod scis elaborata. De=
„cet vero te nostris scriptis igno=
„scere, utpote quae non sint com=
„positionum illarum comparatione
„vel composita vel electa, sed ex
„veteri congressu repetita, et ut
„quaeque prima succurrebant, sic
„in praesenti disposita sunt. Prae=

„βουλήματος τοῦ ὑπὸ τὴν πρὸς
„ἡμᾶς ὁμολογίαν ὑπαγομένου
„πρός τινων, ἀνδρὸς οὐ μάλα προ=
„χείρου ἑλεῖν ὑπάρχοντος, διὰ
„τὴν ἄλλο τε ἄλλως περὶ τῶν αὐ=
„τῶν ὡς ἂν δόξεις φοράν. Ὅτι
„δὲ εἴ τι τῶν ἀπὸ τῆς οἰκείας
„ἑστίας παραχαράττοιτο, διορθώ=
„σῃς εὐμενῶς εὖ οἶδα. Ἠναγκασ=
„μαι δ' ὡς ἔοικεν, ὥς πού φησιν
„ἡ τραγῳδία, ἂν φιλοπράγμων,
„τῇ ἀπὸ τῶν τοῦ καθηγεμόνος
„ἡμῶν δογμάτων διαστάσει, εὐ=
„θύνειν τε, καὶ ἀποποιεῖσθαι.
„Τοιοῦτον ἄρα ἦν τὸ σοὶ χαρίζε=
„σθαι ἐξάπαντος βούλεσθαι.
„Ἔρρωσο.

„terea danda mihi venia est,
„quod viri illius consilium, qui
„a nonnullis in judicii nostri con=
„sensione est adductus, haud faci=
„le deprehendi potest: propterea
„quod alias aliter de rebus eisdem,
„utcumque placuerit, verba fa=
„ciat. Ego autem certo scio, te be=
„nigne prorsus emendaturum, si
„quid praeter familiarem Ploti=
„ni nostri characterem hic fu=
„rit obsignatum. Jam vero com=
„pulsus videor ut est in tragae=
„diis tanquam negotiosus homo
„propter distantiam a nostri du=
„cis doctrina, emendatoris subi=
„re judicium, atque retractare.
„Tantum videlicet apud me po=
„tuit tibi in omnibus gratifican=
„di voluntas. Vale.

Κεφάλαιον ιη'.

Ταύτην τὴν ἐπιστολὴν θεῖ=
ναι προήχθην, οὐ μόνον πίστεως
χάριν τοῦ τοὺς τότε, καὶ ἐπ' αὐ=

Caput XVIII.

Hanc equidem epistolam affer=
re sum adductus, non solum ut
fidem faciam nonnullos illius tem=

τοῦ γεγονότας τοῦ Νουμηνίου
οἴεσθαι ὑποβαλλόμενον κομ=
πάζειν, ἀλλὰ καὶ ὅτι πλατὸν
αὐτὸν φλήναφον εἶναι ἡγοῦν=
το, καὶ κατεφρόνουν τῷ μὴ
νοεῖν ἃ λέγει, καὶ τῷ πάσης
σοφιστικῆς αὐτὸν σκηνῆς
καθαρεύειν καὶ τύφου, ὁμι=
λοῦντι δὲ ἐοικέναι ἐν ταῖς συ=
νουσίαις, καὶ μηδενὶ ταχέως
ἐπιφαίνειν τὰς συλλογιστικὰς
ἀνάγκας αὐτοῦ τὰς ἐν τῷ λό=
γῳ λανθανομένας. Ἔπαθον δὲ
οὖν τὰ ὅμοια ἐγὼ Πορφύριος,
ὅτε πρῶτον αὐτοῦ ἠκροασά=
μην, διὸ καὶ ἀντιγράψας προ=
σήγαγον, δεικνῦναι πειρώμε=
νος ὅτι ἔξω τοῦ νοῦ ὑφέστη=
κε τὸ νόημα. Ἀμέλιον δὲ ποιή=
σας ταῦτ' ἀναγνῶναι, ἔπει=

temporis illo etiam vivente, suspi=
catos fuisse, Plotinum inventis
Numenii superbisse: verum e=
tiam quia nugatorem amplum
existimaverint, atque contempse=
rint, ob eam scilicet causam, quo=
niam ejus dicta nequaquam in=
telligebant, ipseque Plotinus ab
omni Sophistica ostentatione fa=
stuque erat alienus: in ipsisque
disputantium coetibus non ali=
ter quam in familiaribus col=
loquiis se gerere videbatur, ne=
que propere cuiquam necessa=
rias argumentationum vires a=
periebat in ejus sermone laten=
tes. Mihi quoque Porphyrio
idem contigit cum primum
audivi Plotinum, quapropter
eum contra scribendo provoca=
re tentavi, conatus ostendere
ea quae intelliguntur extra
intellectum existere. Ille vero
quum Amelio mea scripta

δὴ ἀνέγνω μειδιάσας· σὸν ἂν εἴη, ἔφη, ὦ Ἀμέλιε, λῦσαι τὰς ἀπορίας, εἰς ἃς δι᾽ ἄγνοιαν τῶν ἡμῖν δοκούντων ἐμπέπτωκε. Γράψαντος δὲ βιβλίον οὐ μικρὸν τοῦ Αμελίου πρὸς τὰς τοῦ Πορφυρίου ἀπορίας, καὶ πάλιν πρὸς τὰ γραφέντα ἀντιγράψαντός μου, τοῦ δὲ Ἀμελίου καὶ πρὸς ταῦτα ἀντειπόντος, ἐκ τρίτων μόλις συνεὶς τὰ λεγόμενα ἐγὼ ὁ Πορφύριος μετεθέμην, καὶ παλινῳδίαν γράψας ἐν τῇ διατριβῇ ἀνέγνων. Κἀκεῖθεν λοιπὸν τά τε βιβλία τὰ Πλωτίνου ἐπιστεύθην, καὶ αὐτὸν τὸν διδάσκαλον εἰς φιλοτιμίαν προήγαγον τοῦ διαρθροῦν, καὶ διὰ πλειόνων γράφειν τὰ δοκοῦντα. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἀμέλιον εἰς τὸ συγγράφειν πρόθυμον ἐποίησεν.

legere precepisset, illeque jam perlegisset, subridens ait: Tuum esset Ameli dubitationes istas dissolvere, in quas ille ob nostrae sententiae ignorationem incidit. Postquam igitur Amelius librum non parvum adversus Porphyrii dubitationes composuit, egoque scriptis ejus iterum contradixi, rursusque mihi rescripsit Amelius: tertio jam gradu vix tandem Plotini mentem conspicatus mutavi sententiam, ideoque palinodiam rescribens in conventu omnium recitavi, atque in posterum Plotini libros fide dignos judicavi, et praeceptorem ipsum provocavi, ut sententiam suam articulatim distingueret, latiusque describeret.

Quin etiam hinc factum est, ut ille Amelium quoque ad conscribendum propensum effecerit.

Κεφάλαιον ιθ΄.

Ἣν δὲ ἔσχε καὶ Λογγῖνος
περὶ τοῦ Πλωτίνου δόξαν,
ἐξ ὧν μάλιστα πρὸς αὐτὸν ἐ=
γὼ γράφων ἐσήμαινον, δηλώ=
σει μέρος ἐπιστολῆς γραφεί=
σης πρός με, ἐπέχον τοῦτον
τὸν τρόπον. Ἀξιῶν γάρ με ἀ=
πὸ τῆς Σικελίας κατιέναι
πρὸς αὐτὸν εἰς τὴν Φοινίκην, καὶ
κομίζειν τὰ βιβλία τοῦ Πλω=
τίνου, φησί·

„Καὶ σὺ μὲν ταῦτά τε
„πέμπειν ὅταν σοι δοκῇ, μᾶλ=
„λον δὲ κομίζειν. Οὐ γὰρ ἂν
„ἀποσταίην τοῦ πολλάκις
„δεῖσθαί σου τὴν πρὸς ἡμᾶς
„ὁδὸν τῆς ἑτέρωσε προκρῖ=
„ναι, κἂν εἰ μηδὲν δι' ἄλλο
„(τί γὰρ ἂν καὶ σοφὸν παρ'
„ἡμῶν προσδοκῶν ἀφίκοιο;)
„τήν γε παλαιὰν συνήθειαν,

Caput XIX.

Quid vero Longinus senserit
de Plotino per ea maxime
quae ego ad eum scribens si=
gnificaveram, declarabit pars
epistolae hoc ad me tenore
perscriptae. Cum enim me ro=
garet e Sicilia ad eum in
Phoeniciam proficisci, libros=
que Plotini mecum afferre, sic
ait:

„Tu quidam ista quando
„tibi placuerit mittas rogo, imo
„vero feras tecum. Equidem non
„facile obsecrare te desinam ut
„iter ad nos omni prorsus itineri
„anteponas, etsi non ob aliam
„causam (quid enim sapientiae
„a nobis sperans venias?) sal=
„tem propter antiquam con=

„καὶ τὸν ἀέρα μετριώτατον ὄν=
„τα πρὸς, ἣν λέγεις σώματος
„ἀσθένειαν. Κἂν ἄλλό τι τύχῃς
„οἰηθεὶς, παρ' ἐμοῦ δὲ μηδὲν
„προσδοκῶν καινότερον, μηδ' οὖν
„τῶν παλαιῶν, ὅσα φῂς ἀπολω=
„λεκέναι· τῶν γὰρ γραψάντων
„τοσαύτη σπάνις ἐνταῦθα κα=
„θέστηκεν, ὥστε, νὴ τοὺς Θεοὺς,
„πάντα τὸν χρόνον τοῦτον τὰ
„λειπόμενα τῶν Πλωτίνου κα=
„τασκευάζων μόλις αὐτῶν ἐ=
„πεκράτησα τὸν ὑπογραφέα τῶν
„μὲν εἰωθότων ἀπάγων ἔργων,
„πρὸς ἑνὶ ~~το~~ δὲ τούτῳ τάξας
„γενέσθαι. Καὶ κέκτημαι μὲν
„ὅσα δοκεῖν πάντα, καὶ τὰ νῦν
„ὑπὸ σοῦ πεμφθέντα· κέκτη=
„μαι δὲ ἡμιτελῶς, οὐ γὰρ μετρίως
„ἦν διημαρτημένα. Καί τοι τὸν
„ἑταῖρον Ἀμέλιον ᾤμην ἀναλή=
„ψασθαι τὰ τῶν γραφέων πταίσ=
„ματα· τῷ δ' ἦν ἄλλα προὐργι=
„αίτερα τῆς τοιαύτης προσεδρί=
„ας. Οὐκ οὖν ἔχω τίνα χρὴ τρό=

„suetudinem aërisque salubrita=
„tem imbecillitati corporis, de
„qua quereris conferentem. Quod
„si forte aliud quiddam cogites,
„a me tamen ne nova quidem
„speres, nedum antiqua quae pe=
„riisse dicis. Jam vero transcri=
„ptorum tanta hic est penuria,
„ut per Deos totum id tempus
„quae deerant Plotini instaurans,
„vix horum invenerim ~~des~~ exscri=
„ptorem, dum a ministeriis eum
„consuetis abduco; huic autem
„uni incumbere jubeo. Tot equi=
„dem libros illius jam habeo, ut
„videar jam omnes habere po=
„stquam nunc abs te missos ac=
„cepi, sed non perfecte habeo, hi
„namque libri non mediocriter
„sunt mendosi, etsi Amelium
„amicum nostrum putaveram er=
„rata exscriptorum emendavisse:
„illi tamen alia magis curae fue=
„runt quam sedulitas emendan=
„di; quamobrem qua ratione

„πον αὐτοῖς ὁμιλῆσαι, καί περ
„ὑπερεπιθυμῶν τά τε περὶ ψυ=
„χῆς, καὶ τὰ περὶ τοῦ ὄντος ἐ=
„πισκέψασθαι· ταῦτα γὰρ οὖν
„καὶ μάλιστα διημάρτηται. Καὶ
„πάνυ βουλοίμην ἂν ἐλθεῖν μοι
„παρά σου τὰ μετ᾽ ἀκριβείας
„γεγραμμένα τοῦ παραναγνῶ=
„ναι μόνον, εἶτα ἀποπέμψαι πά=
„λιν. Αὖθις δὲ τὸν αὐτὸν ἐρῶ
„λόγον, ὅτι μὴ πέμπειν, ἀλλ᾽ αὐ=
„τὸν ἥκειν ἔχοντα μᾶλλον ἀξιῶ,
„ταῦτά τε, καὶ τῶν λοιπῶν εἴ
„τι διαπέφευγε τὸν Ἀμέλιον· ἃ
„μὲν γὰρ ἤγαγεν, ἅπαντα διὰ
„σπουδῆς ἐκτησάμην. Πῶς δ᾽
„οὐκ ἔμελλον ἀνδρὸς ὑπομνή=
„ματα πάσης αἰδοῦς ἄξια, καὶ
„τιμῆς κτήσεσθαι; Τοῦτο γὰρ
„καὶ παρόντι σοι, καὶ μα=
„κρὰν ἀπόντι, καὶ περὶ τὴν Τυ=
„ρον διατρίβοντι, τυγχάνω
„δήπουθεν ἐπεσταλκὼς ὅτι

„his libris utar minime habeo, quam=
„vis supra modum affectem, quae
„Plotinus de anima atque de Ente
„scribit considerare, sed hi potis=
„simum libri sunt exscriptorum
„vitio depravati, quocirca percu=
„pio libros abs te eosdem diligen=
„ter scriptos accipere, ut tantum
„perlegam, inde meos emendans: mox
„vero restituam. Sed rursus idem
„quod dixi ab initio repetam. Ne
„mittas quidem, sed ipse tecum af=
„ferens huc accedas, neque hos
„tantum afferas, sed si quid insu=
„per reliquum est, quod Amelium
„aufugerit, quae enim ille huc ad=
„vexit, accurate exquisita possideo.
„Cur enim non summa cum diligen=
„tia viri illius scripta omni pror=
„sus honore ac veneratione digna
„perquiram? Hoc equidem tibi
„tum praesenti, tum procul absen=
„ti, tum habitanti Tyrum semper
„significavi me scilicet non mul=

„τῶν μὲν ὑποθέσεων οὐ πάνυ
„με τὰς πολλὰς προσίεσθαι συμ=
„βέβηκε· τὸν δὲ τύπον τῆς γρα=
„φῆς, καὶ τῶν ἐννοιῶν τἀνδρὸς
„τὴν πυκνότητα, καὶ τὸ φιλό=
„σοφον τῆς τῶν ζητημάτων δια=
„θέσεως ~~ὑποβαλλόντως~~ ὑπερ=
„βαλλόντως ἄγαμαι, καὶ φιλῶ, καὶ
„μετὰ τῶν ~~ἐλλογιμωτάτων~~ ἐλλογι=
„μωτάτων ἄγειν τὰ τούτου βιβλία
„φαίην ἂν δεῖν τοὺς ζητητικούς.

„ta admodum Plotini librorum
„argumenta admittere, ipsam ve=
„ro scribendi formam intelligen=
„tiarumque frequentiam et quae=
„stionum dispositionem philosophi=
„cam me amare supra modum
„atque mirari, atque etiam ju=
„dico debere veritatis indaga=
„tores Plotini libros cum prae=
„stantissimorum operibus compa=
„randos adducere.

Κεφάλαιον κ'.

Ταῦτα ἐπιπλέον παρατέ=
θεικα τοῦ καθ' ἡμᾶς κριτικω=
τάτου γενομένου, καὶ τὰ τῶν
ἄλλων σχεδὸν πάντα τῶν καθ'
αὐτὸν διελέγξαντος, δεικνὺς
οἵα γέγονεν ἡ περὶ Πλωτίνου
κρίσις, καί τοι τὰ πρῶτα ἐκ
τῆς τῶν ἄλλων ἀμαθίας κα=
ταφρονητικῶς ἔχων πρὸς αὐτὸν
διετέλει. Ἐδόκει δὲ ἃ ἐκτή=

Caput XX.

In superioribus enarrandis
idcirco fui prolixior, ut demon=
strarem quid judicaverit de
Plotino vir ille judicio omnium
nostris seculis a nostris acerri=
mus, qui ferme sui temporis o=
mnia scriptorum opera redar=
guit, quamvis et hic ab initio
aliorum adductus inscitia Ploti=
num diu contempserit. Puta=
vit autem Plotini quae accepe=

σατο ἐκ τῶν Ἀμελίου λαβὼν
ἡμαρτῆσθαι διὰ τὸ μὴ νοεῖν
τοῦ ἀνδρὸς τὴν συνήθη ἑρ=
μηνείαν. Εἰ γάρ τινα καὶ ἄλ=
λα, καὶ τὰ παρ' Ἀμελίῳ διώρ=
θωτο, ὡς ἂν ἐκ τῶν αὐτογρά=
φων μετειλημμένα. Ἔτι δὲ
τοῦ Λογγίνου ἃ ἐν τῷ συγ=
γράμματι γέγραφε περὶ Πλω=
τίνου τε, καὶ Ἀμελίου καὶ
τῶν καθ' ἑαυτὸν γεγονότων
φιλοσόφων, ἀναγ=
καῖον παραθεῖναι, ἵνα καὶ
πλήρης γένηται ἡ περὶ αὐτῶν
κρίσις οἷα γέγονε τοῦ ἐλλογι=
μωτάτου ἀνδρὸς, καὶ ἐλεγ=
κτικωτάτου. Ἐπιγράφεται
δὲ τὸ βιβλίον Λογγίνου πρὸς
Πλωτῖνον, καὶ Γεντιλιανὸν Ἀ=
μέλιον, περὶ τέλους· ἔχει δὲ τοι=
όνδε προοίμιον:

„Πολλῶν καθ' ἡμᾶς, ὦ Μάρ=
„κελλε, γεγενημένων φιλοσόφων,
„οὐχ ἥκιστα παρὰ τοὺς πρώ=

rat ex rebus Amelii fuisse
transscriptorum vitio depravata,
propterea quod consuetam viri il=
lius elocutionem nequaquam
intelligebat. Si qua enim alia,
certe quae penes Amelium e=
rant emendata erant, quippe
cum ex libris ipsa Plotini ma=
nu scriptis exscripta fuissent.
Proinde operae pretium est re=
ferre quae in opere quodam
Longinus scripsit de Plotino A=
melioque et caeteris sua tempe=
state philosophis, ut certius no=
bis constet quam potissimum de
illis sententiam tulerit vir elegan=
tissimus atque ad ingenia arguen=
da promptissimus. Inscribitur sa=
ne liber de fine contra Plotinum,
Gentilianumque Amelium, cujus
quidem Prooemium est ejusmodi:

„Cum multi temporibus nostris
„Philosophi extiterint, o Marcelle,
„non parvus eorum numerus in pri=

„τους τῆς ἡλικίας ἡμῶν χρό=
„νους, ὁ μὲν γὰρ νῦν καιρὸς οὐδ᾽
„εἰπεῖν ἐστὶν ὅσην σπάνιν ἔσ=
„χηκε τοῦ πράγματος, ἔτι δὲ
„μειρακίων ὄντων ἡμῶν, οὐκ
„ὀλίγοι τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λό=
„γων προέστησαν, οὓς ἅπαντας
„μὲν ὑπῆρξεν ἰδεῖν ἡμῖν διὰ
„τὴν ἐκ παίδων ἐπὶ πολλοὺς
„τόπους ἅμα τοῖς γονεῦσιν ἐ=
„πιδημίαν, συγγενέσθαι δὲ αὐ=
„τῶν τοῖς ~~ἐπ~~ ἐπιβιώσασι κα=
„τὰ ~~ταυ~~ τ᾽ αὐτὸ, συχνοῖς ἔ=
„θνεσι, καὶ πόλεσιν ἐπιμίξαν=
„τας· οἱ μὲν καὶ διὰ γραφῆς
„ἐπεχείρησαν τὰ δοκοῦντα σφί=
„σι πραγματεύεσθαι, καταλι=
„πόντες τοῖς ἐπιγιγνομένοις τῆς
„παρ᾽ αὐτῶν ὠφελείας μετασ=
„χεῖν· οἱ δὲ ἀποχρῆναι σφί=
„σιν ἡγήσαντο τοὺς συνόντας
„προβιβάζειν εἰς τὴν τῶν ἀρεσ=
„κόντων ἑαυτοῖς κατάληψιν.
„Ὧν τοῦ μὲν προτέρου γεγόνα=

„mis extitit nostrae aetatis annis.
„Praesens namque tempus quam
„paucos habeat dicere minime
„licet: sed dum essemus adole=
„scentuli, non pauci Philosophiae
„studiis excellebant, quos qui=
„dem omnes videre nobis con=
„tigit, quoniam a teneris annis
„multas passim regiones una cum
„parentibus peragravimus, ubi
„profecto data mihi occasio fuit,
„qua illos qui adhuc in vita su=
„pererant convenirem, cum apud
„multas gentes et urbes in eun=
„dem cum illis locum saepe con=
„currerem. Sed ex eorum numero
„alii quidem sententias suas literis
„commendarunt, scribendo poste=
„ris profuturi: alii vero satis si=
„bi factum existimarunt, si ~~pro~~ fa=
„miliares consilii sui participes
„effecissent. In primo igitur gene=

„σι τρόπου Πλατονικοὶ μὲν, Εὐ=
„κλείδης, καὶ Δημόκριτος, καὶ
„Προκλῖνος ὁ περὶ τὴν Τρωάδα
„διατρίψας, οἵ τε μέχρι νῦν
„ἐν τῇ Ῥώμῃ δημοσιεύοντες,
„Πλωτῖνος, καὶ Γεντιλιανὸς
„Ἀμέλιος ὁ τούτου γνώριμος·
„Στωϊκῶν δὲ Θεμιστοκλῆς,
„καὶ Φοιβίων, οἵ τε μέχρι
„πρώην ἀκμάσαντες Ἄννιός τε,
„καὶ Μήδιος· Περιπατητικῶν
„δὲ ὁ Ἀλεξανδρεὺς Ἡλιόδω=
„ρος. Τοῦ δὲ δευτέρου Πλα=
„τωνικοὶ μὲν Ἀμμώνιος, καὶ
„Ὠριγένης, οἷς ἡμεῖς τὸ πλεῖ=
„στον τοῦ χρόνου προσεφοιτή=
„σαμεν, ἀνδράσιν οὐκ ὀλίγῳ τῶν
„καθ' ἑαυτοὺς εἰς σύνεσιν διε=
„νεγκοῦσιν· οἵ τε Ἀθήνησι
„διάδοχοι Θεόδοτος, καὶ Εὔ=
„βουλος. Καὶ γὰρ εἴ τι τού=
„των γεγραπταί τισιν, ὥσπερ
„Ὠριγένει μὲν τὸ περὶ δαιμό=
„νων, Εὐβούλῳ δὲ τὸ περὶ τοῦ

„re fuerunt Platonici quidem
„Euclides et Democritus et Pro=
„clinus, qui in Troade habitavit.
„Praeterea et qui etiam nunc
„Romae vivunt, Plotinus et Gen=
„tilianus Amelius, Plotini disci=
„pulus. Stoicorum vero Themisto=
„cles atque Phoebion, et qui us=
„que ad hesternum diem flore=
„bant, Annius atque Medius. Ex
„Peripateticis autem Heliodorus
„Alexandrinus. Sed in secundo
„genere Platonici quidem Am=
„monius atque Origenes, qui=
„buscum diu versati sumus, viris
„profecto intervallo non parvo sui
„saeculi philosophos intelligen=
„tia superantibus. Item qui A=
„thenis successores Theodotus atque Eubu=
„lus. Jam vero si quid ab aliquo
„eorum scriptum est, quemadmo=
„dum ab Origene liber aliquis
„de Daemonibus atque ab Eu=
„bulo expositio quaedam in

„Φιλήβου, καὶ τοῦ Γοργίου, καὶ
„τῶν Ἀριστοτέλει πρὸς τὴν
„Πλάτωνος πολιτείαν ἀντει=
„ρημένων, οὐκ ἐχέγγυα πρὸς
„τὸ μετὰ τῶν ἐξειργασμένων
„τὸν λόγον αὐτοὺς ἀριθμεῖν ἂν
„γένοιτο, παρέργῳ τῇ τοιαύ=
„τῃ χρησαμένων σπουδῇ, καὶ
„μὴ προηγουμένην περὶ τοῦ
„γράφειν ὁρμὴν λαβόντων. Τῶν
„δὲ Στωϊκῶν Ἑρμῖνος, καὶ
„Λυσίμαχος, οἵ τε ἐν ἄστει
„καταβιώσαντες Ἀθηναῖος,
„καὶ Μουσώνιος· καὶ Περι=
„πατητικῶν Ἀμμώνιος, καὶ
„~~Πλ~~ Πτολεμαῖος, φιλολογώτα=
„τοι μέντοι τῶν καθ' αὐτοὺς
„ἄμφω γενόμενοι, καὶ μάλι=
„στα ὁ Ἀμμώνιος, οὐ γὰρ ἔ=
„στιν ὅστις ἐκείνῳ γέγονεν εἰς
„πολυμαθείαν παραπλήσιος, οὐ
„μὴν καὶ γράψαντές γε τεχνι=
„κὸν οὐδέν, ἀλλὰ ποιήματα,
„καὶ λόγους ἐπιδεικτικούς, ἅ=

„Philebum atque Gorgiam, atque
„de his quae Aristoteles Reipu=
„blicae Platonis opponit, non pro=
„pter hoc illi connumerari meren=
„tur, qui data opera Philoso=
„phicam doctrinam scriptis illu=
„strarunt. Neque enim serio quo
„dam studio scripsisse videntur,
„neque scribendi munus tanquam
„praecipuum apud se officium
„elegisse. Praeterea e Stoicorum
„numero Herminus atque Lysi=
„machus et qui in urbe egerunt
„Athenaeus atque Musonius.
„Sed inter Peripateticos Ammo=
„nius atque Ptolemaeus disci=
„plinarum ambo profecto maxi=
„me omnium suo tempore pleni,
„praesertim Ammonius, nullus
„enim ad disciplinarum illius
„copiam prope accessisse vide=
„tur: nihil tamen technicum scri=
„pserunt, sed poëmata quae=
„dam demonstrativosque sermo=

„περ οὖν καὶ σωθῆναι, τῶν
„ἀνδρῶν τούτων ~~οὐκ~~ οὐχ ἑ=
„κόντων, οἶμαι, μὴ γὰρ ἂν αὐ=
„τοὺς δέξασθαι διὰ τοιούτων
„βιβλίων ὕστερον γενέσθαι
„γνωρίμους, ἀφέντας σπουδαιο=
„τέροις συγγράμμασι τὴν ἑαυ=
„τῶν ἀποθησαυρίσαι διάνοιαν.
„Τῶν δ' οὖν γραψάντων οἱ
„μὲν οὐδὲν πλέον ἢ συναγω=
„γὴν, καὶ μεταγραφὴν τῶν
„τοῖς πρεσβυτέροις συντε=
„θέντων ἐποιήσαντο, καθά=
„περ Εὐκλείδης, καὶ Δημό=
„κριτος, καὶ Προκλῖνος· οἱ
„δὲ μικρὰ κομιδῇ πράγμα=
„τα τῆς τῶν παλαιῶν ἱστορίας
„ἀπομνημονεύσαντες, εἰς τοὺς
„αὐτοὺς τόπους ἐκείνοις ἐπε=
„χείρησαν συντιθέναι βιβλία,
„καθάπερ Ἄννιός τε, καὶ Μή=
„διος, καὶ Φοιβίων· οὗτος μὲν
„ἀπὸ τῆς ἐν τῇ λέξει κατασ=
„κευῆς γνωρίζεσθαι μᾶλλον,
„ἢ τῆς ἐν τῇ διανοίᾳ συνθέ=

„nes, quae quidem scripta nolen=
„tibus auctoribus servata apud po=
„steros arbitror. Neque enim exi=
„stimo illos exoptavisse per libros
„ejusmodi posteris innotescere, cum
„neglexerint scriptis exactioribus
„suam commendare sententiam.
„Eorum igitur qui scripserunt,
„alii quidem nihil ulterius com=
„posuerunt quam collectionem
„aut transcriptionem quan=
„dam eorum quae antiquiores
„jam composuerant sicut Eu=
„clides et Democritus et Pro=
„clinus exigua valde ex anti=
„quorum doctrina memoriae
„commendantes, secundum eosdem
„locos atque illi libros compo=
„nere sunt aggressi, velut
„Annius et Medius ~~et~~ atque
„Phoebion. Hic sane ex ipsa
„orationis dispositione magis quam
„ex mentis conceptu gloriam si=

„σεως ἀξιῶν. Οἷς καὶ τὸν Ἡ=
„λιόδωρον συγκατανείμειέ τις
„ἂν οὐδ᾽ ἐκεῖνον παρὰ τὰ τοῖς
„πρεσβυτέροις ἐν ταῖς ἀκροά=
„σεσιν εἰρημένα πλέον τι συμ=
„βαλλόμενον εἰς τὴν τοῦ λόγου
„διάρθρωσιν. Οἱ δὲ καὶ πλή=
„θει προβλημάτων, ἃ μετεχει=
„ρίσαντο, τὴν σπουδὴν τοῦ γρά=
„φειν ἀποδειξάμενοι, καὶ τρόπῳ
„θεωρίας ἰδίῳ χρησάμενοι, Πλω=
„τῖνός εἰσι, καὶ Γεντιλιανὸς Ἀ=
„μέλιος· ὁ μὲν τὰς Πυθαγο=
„ρείας ἀρχὰς, καὶ Πλατωνικὰς,
„ὡς ἐδόκει, πρὸς σαφεστέραν τῶν
„πρὸ αὐτοῦ καταστησάμενος
„ἐξήγησιν, οὐδὲ γὰρ οὐδ᾽ ἐγγύς
„τι τὰ Νουμηνίου, καὶ Κρονίου,
„καὶ Μοδεράτου, καὶ Θρασύλ=
„λου, τοῖς Πλωτίνου περὶ τῶν αὐ=
„τῶν συγγράμμασιν εἰς ἀκρί=
„βειαν· ὁ δὲ Ἀμέλιος κατ᾽ ἴχνη
„μὲν τούτου βαδίζειν προαι=

„bi censuit comparandam, qui=
„bus Heliodorum quoque annu=
„merare licet, qui et ipse prae=
„ter illa quae ab antiquioribus
„in scholis dicta fuerant nihil
„plus omnino ad distinctam do=
„ctrinae philosophicae expositio=
„nem contulisse videtur. Plotinus
„autem et Gentilianus Amelius
„propositionum copia referti sunt,
„quas studiose pertractant, scri=
„bendique ~~munus~~ curam ostenderunt,
„proprio quodam more contem=
„plationis utentes. Et Plotinus
„quidem ut videtur principia
„Pythagorica simul atque Pla=
„tonica certius quam priores ex=
„posuit, et profecto Numenii,
„Cronii, Moderati, Thrasylli
„scripta, ubi Plotinus de eisdem
„scribit, nulla ex parte prope
„ad diligentiam ejus accedunt:
„Amelius autem vestigia Ploti=
„ni quidem observare constituit,

„ρούμενος, καὶ τὰ πολλὰ μὲν
„τῶν αὐτῶν δογμάτων ἐχόμε=
„νος, τῇ δὲ ἐξεργασίᾳ πολὺς
„ὢν, καὶ τῇ τῆς ἑρμηνείας πε=
„ριβολῇ πρὸς τὸν ἐναντίον ἐκεί=
„νῳ ζῆλον ὑπαγόμενος. Ὧν
„καὶ μόνων ἡμεῖς ἄξιον εἶναι
„νομίζομεν ἐπισκοπεῖσθαι τὰ
„συγγράμματα· τοὺς μὲν γὰρ
„λοιποὺς τί τις ἂν κινεῖν οἴοι=
„το δεῖν, ἀφεὶς ἐξετάζειν ἐ=
„κείνους, παρ' ὧν ταῦτα λα=
„βόντες οὗτοι γεγράφασιν; οὐ=
„δὲν αὐτοὶ παρ' αὐτῶν προ=
„σθέντες, οὐχ ὅτι τῶν κεφα=
„λαίων, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐπιχει=
„ρημάτων, οὐδ' οὖν ἢ συναγω=
„γῆς τῶν παρὰ τοῖς πλείοσιν,
„ἢ κρίσεως τοῦ βελτίονος ἐ=
„πιμεληθέντες. Ἤδη μὲν οὖν
„καὶ δι' ἄλλων τουτὶ πεποιή=
„καμεν, ὥσπερ καὶ τῷ μὲν Γεν=
„τιλιανῷ περὶ τῆς κατὰ Πλά=
„τωνα δικαιοσύνης ἀντειπόντες,

„et plerumque illius inventa
„sectatur, verum dum in rebus
„explicandis prolixior est, et in=
„terpretationis ambitu latiore va=
„gatur, contrariam Plotini in=
„duit formam. Horum vero
„duntaxat libros consideratio=
„ne dignos existimamus, cur e=
„nim caeteros quispiam evol=
„excutere contendat, dimittens
„interea illos investigare a qui=
„bus hi accipientes haec suis
„literis mandaverunt, ipsique
„nihil his adjunxerunt, ac ne=
„dum praecipua rerum capita,
„sed nec argumentum quidem
„ullum: nihil igitur ut curantes
„vel quae plurimorum fuerant
„congregare, vel eligere meliora.
„Jam vero per alia etiam ef=
„fecimus idem, quemadmodum
„ubi Gentiliano quidem de
„justitia quae juxta Plato=
„nem est contradiximus, et

„τοῦ δὲ Πλωτίνου τὸ περὶ
„τῶν ἰδεῶν ἐπισκεψάμενοι.
„Τὸν μὲν γὰρ κοινὸν ἡμῶν
„τε κἀκείνων ἑταῖρον ὄντα
„Βασιλέα τὸν Τύριον, οὐδ᾽
„αὐτὸν ὀλίγα πεπραγματευ=
„μένον κατὰ τὴν τοῦ Πλωτί=
„νου μίμησιν, ὃν ἀποδεξάμε=
„νος μᾶλλον τῆς παρ᾽ ἡμῖν ἀ=
„γωγῆς, ἐπεχείρησε διὰ συγ=
„γράμματος ἀποδεῖξαι, βελ=
„τίω δόξαν περὶ τῶν ἰδεῶν
„τῆς ἡμῖν ἀρεσκούσης ἔχον=
„τα, μετρίως ἀντιγραφῇ διε=
„λέγξαι δοκοῦμεν, οὐκ εὖ πα=
„λινῳδήσαντα· κἀν τούτοις οὐκ
„ὀλίγας τῶν ἀνδρῶν τούτων
„κεκινηκότες δόξας, ὥσπερ
„καὶ ἐν τῇ πρὸς τὸν Ἀμέλιον
„ἐπιστολῇ μέγεθος μὲν ἐχού=
„σῃ συγγράμματος, ἀποκρι=
„νομένῃ δὲ πρὸς ἅττα τῶν ὑπ᾽
„αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀπὸ τῆς Ῥώ=
„μης ἀπεσταλμένων ἣν αὐτὸς

„ubi Plotini Librum de Ideis
„tractantem consideravimus:
„communem profecto nostri illo=
„rumque amicum Tyrium di=
„co Regem, qui et ipse non
„pauca Plotinum imitando tra=
„ctavit, atque Plotinum ipsum
„magis quam viam regulam=
„que nostram probans, libri cujus=
„dam compositione conatus est
„opinionem de Ideis Platonicam
„veriorem esse quam nostram,
„hunc inquam rescriptione
„quadam opposita satis argui=
„se videmur, ut qui non recte
„scilicet recantaverat. Nos pro=
„fecto in his opiniones horum
„virorum, non paucas agitavi=
„mus, sicut in Epistola etiam
„ad Amelium in magnitu=
„dinem libri producta, respon=
„dente vero ad nonnulla, quae
„ille Roma ad nos miserat,
„quam ipse epistolam de

„μὲν ἐπιστολὴν περὶ τοῦ τρό=
„που τῆς Πλωτίνου φιλοσοφίας
„ἔγραψεν. Ἡμεῖς δὲ αὐτὸ μό=
„νον προσηρκέσθημεν τῇ κοι=
„νῇ τοῦ συγγράμματος ἐπι=
„γραφῇ, πρὸς τὸν Ἀμέλιον ἐπι=
„στολὴν αὐτὸ προσαγορεύσαν=
„τες.

„more Plotinicae Philosophiae
„inscripsit. Nos autem com=
„muni duntaxat inscriptione
„libri contenti fuimus, Librum
„ipsum ad Amelium epistolam
„inscribentes.

Κεφάλαιον κά.

Ἐν δὲ τούτοις τότε ὡμο=
λόγησε μὲν πάντων τῶν ἐπ᾽
αὐτοῦ γεγονότων πλήθειτε προ=
βλημάτων διενεγκεῖν Πλωτῖ=
νον τε, καὶ Ἀμέλιον, τρόπῳ
δὲ θεωρίας ἰδίῳ μάλιστα τού=
τους χρήσασθαι. Τὰ Νουμη=
νίου δὲ οὐχ ὑποβάλλεσθαι,
καὶ τὰ ἐκείνου πρεσβεύειν
δόγματα, ἀλλὰ τὰ τῶν Πυ=
θαγορείων αὐτοῦ ἐχομένου, καὶ
Πλάτωνος μετιέναι δόγματα,
καὶ οὐδὲ ἐγγὺς εἶναι τὰ
Νουμηνίου, καὶ Κρονίου, καὶ

Caput XXI.

In his ergo Longinus con=
fessus est omnibus sui seculi
sapientibus Plotinum Amelium=
que propositionum copia prae=
ponendos, rationeque contempla=
tionis sibi propria potissimum
eos uti. Neque instituta Nu=
menii vindicare sibi, eave vul=
gare, sed Pythagoreorum ha=
bitis doctrinis, Platonis etiam do=
gmata sectari. Sed opera Nu=
menii, Cronii, Moderati, Thra=

Μοδεράτου, καὶ Θρασύλλου τοῖς Πλωτίνου περὶ τῶν αὐτῶν συγγράμμασιν εἰς ἀκρίβειαν. Εἰπὼν δὲ περὶ Ἀμελίου ὅτι κατ᾽ ἴχνη μὲν τοῦ Πλωτίνου ἐβάδιζε, τῇ δὲ ἐξεργασίᾳ πολὺς ὤν, καὶ τῇ τῆς ἑρμηνείας περιβολῇ πρὸς τὸν ἐναντίον ἐκείνῳ ζῆλον ὑπήγετο· ὅμως μνησθεὶς ἐμοῦ Πορφυρίου, ἔτι ἀρχὰς ἔχοντος τῆς πρὸς τὸν Πλωτῖνον συνουσίας φησίν, ὅτι δὲ ὁ κοινὸς ἡμῶν τε, κἀκείνων ἑταῖρος Βασιλεὺς ὁ Τύριος οὐδὲ αὐτὸς ὀλίγα πεπραγματευμένος κατὰ τὴν Πλωτίνου μίμησιν συνέθηκε· ταῦτα ὄντως κατιδὼν ὅτι τῆς Ἀμελίου περιβολῆς τὸ ἀφιλόσοφον παντελῶς ἐφυλαξάμην καὶ πρὸς ζῆλον τὸν Πλωτίνου γράφων ἑωρῶν. Ἀρκεῖ τοίνυν ὁ τοσοῦτος ἀνὴρ, καὶ ἐν κρίσει πρῶτος ὤν, καὶ ὑπειλημμένος ἄχρι νῦν τοιαῦτα

sylli operibus de rebus eisdem Plotini quantum ad diligentiam pertinet inferiora esse censenda. Proinde cum dixisset, Amelium per Plotini quidem vestigia progredi, sed nimia quadam expositionis prolixitate, atque elocutionis circuitu in oppositum Plotini deduci, mox mei memoriam fecit, Plotini familiaritatem nuper adepti, aitque: „Communis autem „nostri illorumque amicus Tyrius „ille Rex nec ipse quidem pauca „ad exemplar Plotini tractavit.„ In his sane verbis re vera Longinus indicat percepisse me diligentissime devitasse Amelianas ambages a Philosopho nimium alienas, atque in scribendo Plotini formam fuisse complexum. Satis est vv ergo vir tantus, judicioque primus, hactenus in testimonium nobis adductus scribens talia

γράφων περὶ Πλωτίνου, ὡς εἰ
καὶ καλοῦντι με τὸν Πορφύριον
συνέβη ~~δεηθῆναι~~ δυνηθῆναι συμμίξαι αὐ=
τῷ, οὐδ' ἂν ἀντέγραψεν ἃ πρὶν
ἀκριβῶσαι τὸ δόγμα γράψαι
ἐπεχείρησεν.

Κεφάλαιον κβ'.

„Ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα πε=
„ρὶ δρῦν ἢ πέτρην„ φησὶν ὁ
Ἡσίοδος, λέγειν; Εἰ γὰρ δεῖ
ταῖς μαρτυρίαις χρῆσθαι ταῖς
παρὰ τῶν σοφῶν γεγενημέναις
τίς ἂν εἴη σοφότερος Θεοῦ; καὶ
Θεοῦ τοῦ ἀληθῶς εἰρηκότος·

„Οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀρι=
θμόν, καὶ μέτρα θαλάσσης,
„Καὶ κωφοῦ ξυνίημι, καὶ οὐ=
λαλέοντος ἀκούω.

Ὁ γὰρ δὴ Ἀπόλλων ἐρομένου
τοῦ Ἀμελίου, ποῦ ἡ Πλωτί=
νου ψυχὴ κεχώρηκεν, ὁ το=
σοῦτον εἰπὼν περὶ Σωκράτους·
„Ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης

de Plotino. Jam vero, si tunc ad
eum quando me advocavit accede=
re potuissem, profecto nunquam
contra rescripsisset illa, quae scri=
bere prius est aggressus quam do=
ctrinam ipsam diligenter examinasset.

Caput XXII.

„Sed quid nam mihi nunc
„expedit, ut Hesiodi more lo=
„quar, circa quercum petramque
„loqui?„ Nempe si oportet sa=
pientum testimoniis uti, quisnam
Deo sapientior esse potest? Deo
inquam qui vere dixit:

„Novi equidem arenae nume=
rum, marisque mensuram:
„Intelligo mutum audio non
loquentem.

Apollo sane cum interrogasset
Amelius quonam Plotini ani=
mus emigrasset, qui et

„Socratem virorum omnium

σοφώτατος,	sapientissimum
ἐπάκουσον ὅσα, καὶ οἷα περὶ	judicaverat, quanta rursus et
Πλωτίνου ἐθέσπισεν.	qualia de Plotino cecinit, audi.
„Ἄμβροτα φορμίζειν ἀναβάλ-λομαι ὕμνον ἀοιδῆς	„Immortalem aggredior resona-re carminis hymnum
„Ἀμφ' ἀγανοῖο φίλοιο, μελιχρο-τάταισιν ὑφαίνων	„Ob amicum suavem, mellitissi-mos contexens
„Φωναῖς εὐφήμου κιθάρης, χρυ-σέῳ ὑπὸ πλήκτρῳ.	„Vocalis citharae modos, aureo pectine.
„Κλήζω καὶ Μούσας ξυνὴν ὄπα γηρύσασθαι	„Sed et Musas advoco, ut com-muni voce concinant
„Παμφώνοις ἰαχαῖσι, παναρμο-νίαισί τ' ἐρωαῖς,	„Omnisonis modis, et omnifariis harmoniae viribus,
„Οἷον ἐπ' Αἰακίδῃ στῆσαι χο-ρὸν ἐκλήϊξεν	„Qualem statuisse chorum ob Aea-cidem feruntur,
„Ἀθανάτων μανίαισιν, Ὁμη-ρείαισί κε τ' ἀοιδαῖς.	„Immortalium furoribus et Ho-mericis cantibus.
„Ἀλλ' ἄγε Μουσάων ἱερὸς χο-ρὸς ἀπύσωμεν	„Sed eja Musarum sacer cho-rus canamus
„Εἰς ἓν ἐπιπνείοντες ἀοιδῆς τέρ-ματα πάσης,	„In unum conspirantes univer-si terminos cantus,
„Ὕμμι καὶ ἐν μέσσαισιν ἐγὼ Φοῖβος βαθυχαίτης.	„In medio autem vestrum ego Phoebus intonsus.

„Δαῖμον, ἄνερ τὸ πάροιθεν ἀ=
τὰρ νῦν δαίμονος αἴσῃ
„Θειοτέρῃ πελάων, ὅτ᾽ ἐλύσαο
δεσμὸν ἀνάγκης
„Ἀνδρομέης, ῥεθέων δὲ πολυ=
φλοίσβοιο κυδοιμοῦ,
„Ῥωσάμενος πραπίδεσσιν, ἐς ἠ=
ϊόν᾽ ἀνηχύτου ἀκτῆς
„Νῆχες ἐπειγόμενος δήμου ἀ=
πὸ νόσφιν ἀλιτρῶν,
„Στηρίξαι καθαρῆς ψυχῆς
εὐκαμπέα οἴμην,
„Ἧχι θεοῖο σέλας περιλάμπεται,
ἧχι θέμιστες
„Ἐν καθαρῷ ἀπάτερθεν ἀλι=
τροσύνης ἀθεμίστου.
„Καὶ τότε μὲν σκαίροντι πι=
κρὸν κῦμ᾽ ἐξυπαλύξαι
„Αἱμοβότου βιότοιο, καὶ ἀση=
ρῶν ἰλίγγων,
„Ἐν μεσάτοισι κλύδωνος ἀνω=
ΐστου τε κυδοιμοῦ
„Πολλάκις ἐκ μακάρων φάνθη
σκοπὸς ἐγγύθι ναίων,

„Genie, vir prius, at nunc genii
consortio
„Diviniori accedens, solutus hu=
mano jam necessitatis vinculo,
„Et ex membrorum procelloso
turbine,
„Mente robustus ad exors allu=
vionis littus
„Enatas festinans procul a ne=
fariorum turba,
„Ut insistas animi puri rectis=
simam viam,
„Ubi Dei resplendet fulgor,
ubi fas
„Puro in loco procul a ne=
fasto scelere.
„Et olim quidem salienti ut
amaram devitares undam
„Sanguisugae vitae tristium=
que vertiginum,
„Fluctibus in mediis surdoque
tumultu
„Frequenter a Diis apparuit
tibi ex proximo signum,

„Πολλάκι σεῖο νόοιο βολὰς, λο- ξῇσιν ἀταρποῖς	„Frequenter tuae mentis conje- ctus obliquis tramitibus
„Ἱεμένας, φορέεσθαι ἐρωῇσι σφετέρῃσιν,	„Ferri cupientes, suis immorta- les viribus,
„Ὀρθοπόρου ἀνὰ κύκλα, καὶ ἄμβροτον οἶμον ἄειραν	„Ad recti cursus gyros, aeter- namque viam sustulerunt,
„Ἀθάνατοι, θαμινὴν φαέων ἀκτῖνα πορόντες	„Crebros scilicet luminum radios
„Ὄσσοισιν δέρκεσθαι ἀπαὶ σκοτίης λυγαίης.	„Tuis oculis inter obscurissimas tenebras ostendentes.
„Οὐδέ σε παμπήδην βλεφάρων ἔχε νήδυμος ὕπνος,	„Nec oculos plane tuos fallax occupabat sopor,
„Ἀλλ᾽ ἄρ᾽ ἀπὸ βλεφάρων πετά- σας κηλῖδα βαρεῖαν	„Sed a palpebris excussa gra- vi macula
„Ἀχλύος, ἐν δίνῃσι φορεύμε- νος, ἔδρακες ὄσσοις	„Caliginis, dum fluctibus fere- baris, oculis
„Πολλά τε, καὶ χαρίεντα, τά κεν ῥέα οὔτις ἴδοιτο	„Multa et venusta contemplatus es, quae nemo facile vidit
„Ἀνθρώπων ὅσσοι σοφίης μαι- ήτορες ἔπλευν.	„Eorum hominum, qui sapien- tiae fuerunt indagatores.
„Νῦν δ᾽ ὅτε δὴ σκῆνος μὲν ἐ- λύσαο, σῆμα δ᾽ ἔλειψας	„At nunc ubi solutus involucro es, et sepulchrum deseruisti
„Ψυχῆς δαιμονίης, μεθ᾽ ὁμή-	„Animae genialis, ad consilium

γυριν ἔρχεαι ἤδη	contendis
„Δαιμονίην ἐρατοῖσιν ἀναπνεί= ουσαν ἀήταις,	„Geniale, quod amoenis interspi= rat auris:
„Ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἔνι δ' ἵμερος ἁβρὸς ἰδέσθαι	„Ubi amicitia est, ubi Cupido vi= su mollis
„Εὐφροσύνης πλείων καθαρῆς, πληρούμενος αἰὲν	„Purae plenus laetitiae et sem= piternis rivis
„Ἀμβροσίων ὀχετῶν θεόθεν, ὅθεν ἐστὶν ἐρώτων	„Ambrosiis irrigatus a Deo, un= de sunt amorum
„Πείσματα, καὶ γλυκερὴ πνοίη, καὶ νήνεμος αἰθὴρ	„Retinacula, et dulcis spiritus et tranquillus aether
„Χρυσείης γενεῆς μεγάλου Διός, ἧχι νέμονται	„Aurei generis magni Jovis: u= bi agitant
„Μίνως, καὶ Ῥαδάμανθυς ἀ= δελφεοὶ, ἧχι δίκαιος	„Minos et Rhadamanthus fra= tres, ubi justus
„Αἰακὸς, ἧχι Πλάτων ἱερὴ ἴς, ἧχι τε καλὸς	„Aeacus, ubi Plato, sacra vis, ubi pulcher
„Πυθαγόρης, ὅσσοι τὲ χορὸν στήριξαν ἔρωτος	„Pythagoras et quicunque cho= rum statuerunt amoris
„Ἀθανάτου ὅσσοι τε γενὴν ξυνὴν ἐλάχοντο	„Immortalis, quicunque genus commune sortiti sunt
„Δαίμοσιν ὀλβίστοις, οἷσιν κέαρ ἐν θαλίῃσιν	„Cum beatissimis geniis, ubi a= nimus inter mensas
„Αἰὲν εὐφροσύνῃσιν ἰαίνε=	„Laetitia semper hilarescit: ah

ται, ἀλλὰ καὶ ὅσσους
„Ὀτλήσας ἀριθμοὺς ἄεθλων μετὰ
δαίμονας ἁγνοὺς
„Πωλεῦες ζαμενῆσι κορυσσά=
μενος ζωῇσι.
„Στήσωμεν μολπήν τε, χοροῦ τ'
εὐδινέα κύκλον
„Πλωτίνου, Μοῦσαι, πολυγη=
θέος, αὐτὰρ ἐμοῖο
„Χρυσείη κιθάρη τόσσον φρά=
σεν εὐαίωνι.

Κεφάλαιον κγ΄.

Ἐν δὲ τούτοις εἴρηται μὲν ὅτι ἀγαθὸς γέγονε, καὶ ἤπιος, καὶ πρᾷός γε μάλιστα, καὶ μείλιχος, ἅπερ καὶ ἡμεῖς ὄντως ἔχοντι συνῄδειμεν. Εἴρηται δὲ ὅτι ἄγρυπνος, καὶ καθαρὰν τὴν ψυχὴν ἔχων, καὶ ἀεὶ σπεύδων πρὸς τὸ θεῖον, οὗ διὰ πάσης τῆς ψυχῆς ἦρα, ὅτι τε πάντ' ἐ=ποίει ἀπαλλαγῆναι πικρὸν κῦμ'

quam multis
„ Exantlatis laboribus ad ca=
stos genios
„ Abisti ad vitam stabilissimam
profectus.
„ Sistamus carmen et orbem cho=
ri volubilem
„ Plotini Musae gaudentis. At
mea
„ Aurea Cithara haec habuit quae
diceret aevum bene agenti.

Caput XXIII.

In hoc oraculo continetur Plotinum fuisse bonum et mi=tem, et mansuetum inprimis at=que suavem, qualem et nos ex=titisse vera experientia compro=bavimus. Rursus vigilem sem=per extitisse, puroque semper animo ad divinum ipsum sur=sum erecto, quod quidem toto animo amavit. Item cunctis viribus studuisse ex amara

ἐξυπαλύξαι τοῦ αἱμοβότου τῆδε βίου. Οὕτως δὲ μάλιστα τούτῳ τῷ δαιμονίῳ φωτὶ, πολλάκις ἐνάγοντι ἑαυτὸν εἰς τὸν πρῶτον, καὶ ἐπέκεινα Θεὸν ταῖς ἐννοίαις, καὶ κατὰ τὰς ἐν τῷ συμποσίῳ ὑφηγημένας ὁδοὺς τῷ Πλάτωνι, ἐφάνη ἐκεῖνος ὁ μήτε μορφὴν μητέ τινα ἰδέαν ἔχων, ὑπὲρ δὲ νοῦν καὶ πᾶν τὸ νοητὸν ἱδρυμένος· ᾧ δὴ καὶ ἐγὼ ὁ Πορφύριος ἅπαξ λέγω πλησιάσαι, καὶ ἑνωθῆναι, ἔτος ἄγων ἑξηκοστόν τε, καὶ ὄγδοον. Ἐφάνη γοῦν τῷ Πλωτίνῳ σκοπὸς ἐγγύθι ναίων. Τέλος γὰρ αὐτῷ, καὶ σκοπὸς ἦν τὸ ἑνωθῆναι, καὶ πελάσαι τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ, ἔτυχε δὲ τετράκις πού, ὅτε συνήμην αὐτῷ, τοῦ σκοποῦ τούτου, ἐνεργείᾳ

cruentae hujus vitae unda prorsus emergere. Hac igitur ratione hoc beato lumine cum saepe se ipsum attolleret tota mente ad primum Deum mente superiorem, perque gradus a Platone in symposio dispositos ascenderet ad divina, ipsi protinus coruscavit Deus ille, nec formam nec ideam aliquam habens, sed super intellectum universumque intelligibile consistens. Cui et ego Porphyrius semel appropinquavi, fuique conjunctus, cum annum octavum et sexagesimum aetatis jam implerem. Apparuit ergo Plotini finis ille quam proximus. Finis namque Plotino signumque erat appropinquare conjungique ipsi Deo omnibus ubique praesenti. Quater autem dum cum ipso versarer, hunc finem est assecutus, non potentia duntaxat,

ἀῤῥήτῳ, καὶ οὐ δυνάμει. Καὶ ὅτι λοξῶς φερόμενον πολλάκις οἱ Θεοὶ κατηύθυναν, θαμινὴν φαέων ἀκτῖνα πορόντες, ὡς ἐπισκέψει τῇ παρ' ἐκείνων, καὶ ἐπιβλέψει γραφῆναι τὰ γραφέντα εἴρηται. Ἐκ δὲ τῆς ἀγρύπνου ἐπιθέν τε, καὶ ἔξωθεν θέας, ἔδρακές φησιν ὄσσοις πολλά τε, καὶ χαρίεντα, τά κεν ῥέα οὔτις ἴδοιτο ἀνθρώπων τῶν φιλοσοφίᾳ προσεχόντων. Ἡ γὰρ δὴ τῶν ἀνθρώπων θεωρία ἀνθρωπίνης μὲν ἂν γένοιτο ἀμείνων· ὡς δὲ πρὸς τὴν θείαν γνῶσιν, χαρίεσσα μὲν ἂν εἴη, οὐ μὴν ὥστε τὸ βάθος ἑλεῖν ἂν δυνηθῆναι, ὥσπερ αἱροῦσιν οἱ Θεοί. Ταῦτα μὲν οὖν ὅτι ἔτι σῶμα περι-

quodam ineffabili inquam, sed actu." Praeterea subdit oraculum, Deos saepe Plotinum circumvagantem apprehendentes in rectum tramitem direxisse, dum uberes radios, oculorum ejus luminibus porrigerent: ut ~~vere~~ dictum sit Plotinum contemplatione intuituque divinitus rutilante libros suos composuisse. Jam vero ex intuitu intrinsecus et extrinsecus vigilante inspexisse dicitur ab oraculo multa suis oculis atque pulchra, quae quidem non facile ullus Philosophiae professor inspexerit. Contemplatio namque hominum humamana quidem rursum contemplatione praestantior esse potest, sed ad divinam comparata notitiam gratiosa quidem esse potest, non tamen valet penetrare profundum, quo superi penetrant. Hactenus

κείμενος ἐνήργει, καὶ τίνων ἐ=
τύγχανε, δεδήλωκε. Μετὰ δὲ
τὸ λυθῆναι ἐκ τοῦ σώματος,
ἐλθεῖν μὲν αὐτόν φησιν εἰς
τὴν δαιμονίαν ὁμήγυριν. Πο=
λιτεύεσθαι δὲ ἐκεῖ φιλότη=
τα, Ἵμερον, εὐφροσύνην, ἔρω=
τα ἐξημμένον τοῦ Θεοῦ. Μί=
νω κε Τετάχθαι δὲ καὶ τοὺς
λεγομένους δικαστὰς τῶν ψυ
χῶν, παῖδας τοῦ Θεοῦ Μί=
νω, καὶ Ῥαδάμανθυν, καὶ
Αἰακόν, πρὸς οὓς οὐ δικα=
σθησόμενον οἴχεσθαι, συνε=
πόμενον δὲ τούτοις, οἷς καὶ
οἱ ἄλλοι θεοὶ ἄριστοι. Σύ=
νεισι δὲ οὗτοι, Πλάτων, Πυ=
θαγόρας, καὶ ὁπόσοι τε ἄλ=
λοι χορὸν στήριξαν ἔρωτος
ἀθανάτου· ἐκεῖ δὲ τοὺς ὀλ=
βίστους δαίμονας ἔχειν, βίον
τε μετιέναι τὸν ἐν θαλίαις,
καὶ εὐφροσύναις καταπε=

oraculum qualia Plotinus, dum
esset corpore circumseptus, pe=
regit, et quae fuerit consecu=
tus. Post haec vaticinatur Plo=
tinum solutum corpore ad coe=
tum pervenisse beatum, ubi re=
gnat charitas, desiderium, lae=
titiaque et amor, Deo conjunctus.
Praeterea constitutos esse judi=
ces animorum Minoem, Rha=
damanthum, Aeacum Dei fi=
lios: ad quos ire Plotinum non
quidem ut judicaretur, sed ut
conversaretur: ubi etiam Pla=
to et Pythagoras caeterique
vitam agunt, quicunque firmi=
ter immortalis amoris chorum
constituerunt: Ibidem Daemo=
nes felicissimam suam habere
progeniem. Item vitam illic
agere festiva viriditate gaudio=

πυκνωμένον, καὶ τοῦτον διατελεῖν, καὶ ὑπὸ Θεῶν μακαριζόμενον.

Κεφάλαιον κδ΄.

Τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ Πλωτίνου ἡμῖν ἱστόρηται βίος. Ἐπεὶ δὲ αὐτὸς τὴν διάταξιν, καὶ τὴν διόρθωσιν τῶν βιβλίων ποιεῖσθαι ἡμῖν ἐπέτρεψεν, ἐγὼ δὲ κἀκείνῳ ζῶντι ὑπεσχόμην, καὶ τοῖς ἄλλοις ἑταίροις ἐπηγγειλάμην ποιῆσαι τοῦτο, πρῶτον μὲν τὰ βιβλία οὐ κατὰ χρόνους ἐᾶσαι φύρδην ἐκδεδομένα ἐδικαίωσα. Μιμησάμενος δὲ Ἀπολλόδωρον τὸν Ἀθηναῖον, καὶ Ἀνδρόνικον τὸν Περιπατητικὸν, ὧν ὁ μὲν Ἐπίχαρμον τὸν κωμῳδογράφον εἰς δέκα τόμους φέρων συνήγαγεν, ὁ δὲ τὰ Ἀριστοτέλους,

que plenissimam, talemque perseverare, factum divina largitate beatum.

Caput XXIV.

Hactenus historico more de vita Plotini sit dictum. Quoniam vero Plotinus nobis commisit, ut ordinem emendationemque librorum suorum curaremus, ego autem et illi viventi promisi, et caeteris familiaribus pollicitus sum efficere: ~~inpp~~ inprimis quidem operae pretium fore censui, ne libros permitterem ita jacere permistim, sicut deinceps sunt temporis successione compositi, sed quemadmodum Apollodorus Atheniensis Epicharmi comoedias in volumina decem collegit, et Andronicus Peripateticus Ari-

A καὶ Θεοφράστου εἰς πρα=
γματείας διεῖλε τὰς οἰκείας
ὑποθέσεις εἰς ταυτὸν συνα=
γαγών· οὕτω δὴ καὶ ἐγὼ
πεντήκοντα τέσσαρα ὄντα
ἔχων τὰ τοῦ Πλωτίνου βι=
βλία, διεῖλον μὲν εἰς ἓξ ἐν=
νεάδας, τῇ τελειότητι τοῦ
ἓξ ἀριθμοῦ, καὶ ταῖς ἐννεάσιν
~~ἀσμένας~~ ἀσμένως ἐπιτυχὼν
ἑκάστῃ δὲ ἐννεάδι τὰ οἰκεῖα
φέρων συνεφόρησα, δοὺς καὶ τά=
ξιν πρώτην τοῖς ἐλαφροτέροις
προβλήμασιν. Ἡ μὲν γὰρ πρώτη
Ἐννεὰς ἔχει ἠθικῶ τὰ ἠθικώ=
τερα τάδε·

stotelis et Theophrasti libros di=
stribuit in tractatus, argumenta
in unum affinia colligens: sic et
ego quinquaginta quatuor Plo=
tini libros in sex Enneadas sum
partitus, occasione perfecti nu=
meri, senarii scilicet et nove=
narii gaudens, unicuique vero
Enneadi propria tribuens, ita si=
mul cognata congessi, priora
semper in ordine numeri pro=
posita, quae sunt leviora, consti=
tuens. Prima igitur Enneas ma
terias praecipue morales has con=
tinet.

Τί τὸ ζῷον, καὶ τίς ὁ ἄν=
θρωπος.
Περὶ ἀρετῶν.
Περὶ διαλεκτικῆς.
Περὶ εὐδαιμονίας.
Εἰ ἐν παρατάσει χρόνου
τὸ εὐδαιμονεῖν.

Quid animal, quid ho=
mo.
De virtutibus.
De dialectica.
De beatitudine.
Utrum beatitudo in tempo=
ris productione consistat.

Περὶ τοῦ καλοῦ.	De pulchro.
Περὶ τοῦ πρώτου ἀγαθοῦ, καὶ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν.	De primo bono caeterisque bonis.
Πόθεν τὰ κακά.	Unde mala.
Περὶ τῆς ἐκ τοῦ βίου εὐλόγου ἐξαγωγῆς.	De rationali exitu ex hac vita.

Ἡ μὲν οὖν πρώτη Ἐννεὰς τάδε περιέχει, ἠθικοτέρας ὑποθέσεις περιλαβοῦσα. Ἡ δὲ δευτέρα τῶν φυσικῶν συναγωγὴν ἔχουσα τὰ περὶ κόσμου, καὶ τὰ τῷ κόσμῳ ἀνήκοντα περιέχει. Ἔστι δὲ ταῦτα:

Prima igitur Enneas haec continet, morales positiones potius comprehendens. Secunda vero naturalia colligit, quae mundi sunt, quaeve ad mundum attinent, in se complectens. Haec vero sunt:

Περὶ τοῦ κόσμου.	De mundo.
Περὶ τῆς κυκλοφορίας.	De circulari motu.
Εἰ ποιεῖ τὰ ἄστρα.	Utrum stellae aliquid agant.
Περὶ τῶν δύο ὑλῶν.	De duabus materiis.
Περὶ τοῦ δυνάμει, καὶ ἐνεργείᾳ.	De eo quod in potentia est, et quod in actu.
Περὶ ποιότητος, καὶ εἴδους.	De qualitate et specie.
Περὶ τῆς δι' ὅλων κράσεως.	De mixtione per omnia.
Πῶς τὰ πόῤῥω ὁρώμενα μικρὰ φαίνεται.	Cur quae videntur procul, exigua videantur.

Πρὸς τοὺς κακὸν τὸν δημιουργὸν τοῦ κόσμου, καὶ τὸν κόσμον κακὸν εἶναι λέγοντας

Contra putantes mundi opificem esse malum, mundumque malum.

Ἡ δὲ τρίτη Ἐννεὰς ἔτι τὰ περὶ κόσμου ἔχουσα περιείληφε τὰ περὶ τῶν κατὰ κόσμον θεωρουμένων ταῦτα·

Tertia quoque Enneas quae mundi sunt continens, comprehendit ea quae circa mundum considerantur.

Περὶ εἱμαρμένης. — De fato.

Περὶ προνοίας πρῶτον. — De providentia primum.

Περὶ προνοίας δεύτερον. — De providentia secundum.

Περὶ τοῦ εἰληχότος ἡμᾶς δαίμονος. — De eo qui nos sortitus est Daemone.

Περὶ ἔρωτος. — De amore.

Περὶ τῆς ἀπαθείας τῶν ἀσωμάτων. — Quod incorporea minime patiantur.

Περὶ αἰῶνος, καὶ χρόνου. — De aeternitate ac tempore.

Περὶ φύσεως, καὶ θεωρίας, καὶ τοῦ ἑνός. — De natura contemplatione que et uno.

Ἐπισκέψεις διάφοροι. — Considerationes diversae.

Κεφάλαιον κε. — Caput XXV.

Ταύτας τὰς τρεῖς ἐννεάδας, ἡ=

Has utique tres Enneades in

μεῖς ἐν ἑνὶ σωματίῳ τάξαντες
κατεσκευάσαμεν. Ἐν δὲ τῇ
τρίτῃ Ἐννεάδι ἐτάξαμεν καὶ
τὸ περὶ τοῦ εἰληχότος ἡμᾶς
δαίμονος, ὅτι καθόλου θεωρεῖ-
ται τὰ περὶ αὐτοῦ, καὶ ἔστι τὸ
πρόβλημα καὶ παρ' αὐτοῖς τὰ
κατὰ τὰς γενέσεις τῶν ἀνθρώ-
πων σκεπτομένοις. Ὁμοίως δὲ
καὶ ὁ περὶ ἔρωτος τόπος. Τὸ δὲ
περὶ αἰῶνος, καὶ χρόνου, διὸ τὰ
περὶ τοῦ χρόνου ἐνταῦθα ἐτά-
ξαμεν. Τὸ δὲ περὶ φύσεως, καὶ
θεωρίας, καὶ τοῦ ἑνὸς, διὰ τὸ
περὶ φύσεως κεφάλαιον ἐν-
ταῦθα τέτακται. Ἡ δὲ τετάρ-
τη Ἐννεὰς μετὰ τὰ περὶ τοῦ κόσ-
μου τὰ περὶ ψυχῆς εἴληχε συγ-
γράμματα. Ἔχει δὲ τάδε·

Περὶ οὐσίας ψυχῆς πρῶ-
τον.

Περὶ οὐσίας ψυχῆς δεύ-

uno corpore nobis placuit collo-
care. Jam vero in tertia Ennea-
de connumeravimus materiam
de Daemone nos sortito, quoniam
de eo comuniter pertractatur. At-
que est ejusmodi propositio il-
li considerationi conveniens, quae
hominum genituras inquirit, si-
militer et de amore locus hic
quoque patet. Tractatum vero
de aeternitate et tempore pro-
pter illa quae de tempore dispu-
tantur hic posuimus. Praete-
rea disputationem de natu-
ra et contemplatione et uno,
propter ipsam de natura in-
scriptionem hic placuit nu-
merare. Quarta vero Enneas post
libros de mundo, libros de anima
comprehendit. Hi vero sunt:

De essentia animae
primus.

De essentia animae se-

τερον.

Περὶ ψυχῆς ἀποριῶν πρῶ=
τον.

Περὶ ψυχῆς ἀποριῶν δεύ=
τερον.

Περὶ ψυχῆς ἀποριῶν τρί=
τον, ἢ περὶ ὄψεως.

Περὶ αἰσθήσεως, καὶ μνή=
μης.

Περὶ ἀθανασίας ψυχῆς.

Περὶ τῆς εἰς τὰ σώμα=
τα καθόδου τῆς ψυχῆς.

Εἰ πᾶσαι αἱ ψυχαὶ μία.

Ἡ μὲν οὖν τετάρτη Ἐννεὰς τὰς περὶ ψυχῆς αὐτῆς ὑποθέσεις ἔσ=χε πάσας. Ἡ δὲ πέμπτη ἔχει μὲν τὰς περὶ νοῦ, περιέχει δὲ ἕκαστον τῶν βιβλίων ἔν τισι καὶ περὶ τοῦ ἐπέκεινα, καὶ πε=ρὶ τοῦ ἐν ψυχῇ νοῦ, καὶ περὶ τῶν ἰδεῶν. Ἔστι δὲ τάδε.

cundus.

De dubiis animae pri=
mus.

De dubiis animae secun=
dus.

De dubiis animae tertius,
vel de visu.

De sensu atque memo=
ria.

De immortalitate animae.

De animae descensu in cor=
pora.

Utrum omnes animae una sint.

Quarta igitur Enneas omnes de anima suas materias habuit. Quinta vero habet quidem de intellectu. Habet etiam unus=quisque liber nonnihil de eo quod est intellectu superius, ac etiam de intellectu qui animae inest, atque de ideis. Haec igi=tur habet:

Περὶ τῶν τριῶν ἀρχικῶν ὑποστάσεων.	De tribus substantiis principalibus.
Περὶ γενέσεως, καὶ τάξεως τῶν μετὰ τὸ πρῶτον.	De generatione et ordine eorum quae sunt post primum.
Περὶ τῶν γνωριστικῶν ὑποστάσεων, καὶ τοῦ ἐπέκεινα.	De substantiis cognoscentibus, atque superiore.
Πῶς ἀπὸ τοῦ πρώτου τὸ μετὰ τὸ πρῶτον, καὶ περὶ τοῦ ἑνός.	Quomodo a primo fiat quod est post primum, atque de uno.
Ὅτι οὐκ ἔξω τοῦ νοῦ τὰ νοητά, καὶ περὶ τἀγαθοῦ.	Quod intelligibilia non sint extra intellectum, atque de bono.
Περὶ τοῦ τὸ ἐπέκεινα τοῦ ὄντος μὴ ~~νοοῦν~~ νοεῖν, καὶ τί τὸ πρώτως νοοῦν, καὶ τί τὸ δευτέρως.	Quomodo quod est superius ente non intelligat, quidve primo sit intelligens, quidve secundo.
Περὶ τοῦ εἰ καὶ τῶν ~~κα~~ καθέκαστά ἐστιν εἴδη.	Utrum singularium sint etiam ideae.
Περὶ τοῦ νοητοῦ κάλλους.	De intelligibili pulchritudine.
Περὶ νοῦ, καὶ τῶν ἰδεῶν, καὶ τοῦ ὄντος.	De intellectu, ideisque et ente.

Κεφάλαιον κϛ΄.

Καὶ τὴν τετάρτην οὖν, καὶ τὴν πέμπτην Ἐννεάδα εἰς ἓν σωμάτιον κατετάξαμεν, λοιπὴν δὲ τὴν ἕκτην Ἐννεάδα εἰς ἓν ἄλλο σωμάτιον, ὡς διὰ τριῶν σωματίων γεγράφθαι τὰ Πλωτίνου πάντα, ὧν τὸ μὲν πρῶτον σωμάτιον ἔχει τρεῖς Ἐννεάδας, τὸ δὲ δεύτερον δύο, τὸ δὲ τρίτον μίαν. Ἔστι δὲ τὰ τοῦ τρίτου σωματίου, Ἐννεάδος δὲ ἕκτης, ταῦτα·

Περὶ τῶν γενῶν τοῦ ὄντος πρῶτον.

Περὶ τῶν γενῶν τοῦ ὄντος δεύτερον.

Περὶ τῶν γενῶν τοῦ ὄντος τρίτον.

Περὶ τοῦ τὸ ὂν ἕν, καὶ ταὐτὸ ὂν ἅμα, παν=

Caput XXVI.

Quartam igitur atque quintam Enneadem in corpus unum redegimus: Sextam vero Enneadem in unum aliud corpus cogere placuit, ut scripta Plotini omnia in tria corpora redigantur, quorum primum quidem tres continet Enneades, secundum verò duas, tertium denique unam. Libri vero tertii corporis, sed Enneados Sextae ita sequuntur.

De generibus Entis, primus.

De generibus Entis, secundus.

De generibus Entis, tertius.

Quod unum idemque simul ubique sit to=

ταχοῦ εἶναι ὅλον, πρῶτον.

Περὶ τοῦ ὂν ἓν, καὶ ταὐτὸ ὂν ἅμα πανταχοῦ εἶναι ὅλον, δεύτερον.

Περὶ ἀριθμῶν.

Πῶς τὸ πλῆθος τῶν ἰδεῶν ὑπέστη, καὶ περὶ τοῦ ἀγαθοῦ.

Περὶ τοῦ ἑκουσίου, καὶ θελήματος τοῦ ἑνός.

Περὶ τἀγαθοῦ, ἢ τοῦ ἑνός.

tum, primus.

Quod unum idemque simul ubique sit totum, secundus.

De numeris.

Quomodo idearum extitit multitudo, atque de bono.

De libertate voluntateque unius.

De bono vel uno.

Τὰ μὲν οὖν βιβλία εἰς ἓξ Ἐννεάδας τοῦτον τὸν τρόπον κατετάξαμεν, τέσσαρα, καὶ πεντήκοντα ὄντα. Καταβεβλήμεθα δὲ καὶ εἴς τινα αὐτῶν ὑπομνήματα ἀτάκτως, διὰ τοὺς ἐπείξαντας ἡμᾶς ἑταίρους γράφειν εἰς ἅπερ αὐτοὶ τὴν σαφήνειαν αὐτῶν γενέσθαι ἠξίουν. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ κεφάλαια αὐτῶν πάντων, πλὴν τοῦ περὶ τοῦ καλοῦ διὰ τὸ λεῖψαι

Libros igitur quatuor et quinquaginta in sex novenarios ita disposuimus, inseruimus autem in libros quosdam absque certo ordine commentaria, quoniam amici qui nos urgebant ad commentandum ea potissimum a nobis exigebant exponi, quae maxime declaratione apud illos egebant: quin etiam capitula omnium secundum editionis librorum tempo=

ἡμῖν, πεποιήμεθα κατὰ τὴν χρονικὴν ἔκδοσιν τῶν βιβλίων, ἀλλὰ καὶ ἐπιχειρήματα, ἃ ὡς κεφάλαια συναριθμεῖται. Νυνὶ δὲ πειρασόμεθα ἕκαστον τῶν βιβλίων διερχόμενοι, τάς τε στιγμὰς αὐτῶν προστεθεῖναι, καὶ εἴ τι ἡμαρτημένον εἴη κατὰ λέξιν, διορθοῦν, καὶ ὅτι ἂν ἡμᾶς ἄλλο κινήσῃ, αὐτὸ σημαίνει τὸ ἔργον.

ra fecimus, praeterquam in libro de pulchro. Nam deerat hic nobis notitia temporis. Verum in his exposita sunt etiam argumenta, quae sunt capitulorum more connumerata. Nunc vero libros singulos percurrentes puncta etiam signaque adhibere conabimur, et si quid usquam in dictionibus erratum fuerit emendare, ac si quid aliud nos moveat, opus ipsum significare potest.

Variata
in Ficini Versione.

Emendationes.	Verba Ficini.
Pag. 119. lin. 12. Quum vero navi discessissem.	Quum vero discessissem.
Pag. 120. lin. 4. ex rebus Zethi.	ex rebus haeredibusque Zethi.
Pag. 123. lin. 3. Ex eo igitur die sedulus audivit Ammonium.	Ex eo igitur die annos undecim sedulus audivit Ammonium.
Pag. Ibid. lin. 13. Et profecturus esset in Persas.	profecturus esset in Persidem, bellum populis illaturus.
Ibid. lin. 14. annos jam aetatis agens.	quasi annos jam aetatis agens.
= Ibid. lin. 16. novem atque triginta; undecim enim integros annos cum Ammonio manens simul studio vacaverat. Sed postquam.	novem atque triginta: sed postquam.
= Ibid. lin. 25. Herennius.	Erennius.
Pag. ~~lin. 2.~~ 124. lin. 2. nonnullis quidem ad se accedentium congrediens.	familiariter quidem excipiens salutantes.
Ibid. lin. 6. Herennius.	Erennius.
Ibid. lin. 8. Herennium.	Erennium.

Ibid. lin. 22. sed quoniam invitaverat.	Sed quoniam permiserat vel invitaverat.
Pag. 125. lin. 8. eo habitu.	eo duntaxat habitu.
Ibid. lin. 11. amore vero laboris coaevos omnes superabat.	tolerantia vero laboris omnes condiscipulos superabat.
Ibid. lin. 14. scripserit atque collegerit.	scripserit atque attulerit.
Ibid. lin. 20. Justino.	Justiniano.
Pag. 127. lin. 19. De bono vel uno.	De ipso bono vel uno.
Ibid. lin. 26. De circulari motu.	De circulari motu coeli.
Pag. 129. lin. 1. libros duos.	libros de eadem quaestione duos.
Ibid. lin. 4. unum quidem: quod est superius ente, non intelligere, et quid primo intelligat, quidve secundo: Alterum vero.	quorum alter quidem asserit quod est superius ente, non intelligere. Alter vero distinguit quid primo intelligat, quidve secundo. Scripsit etiam librum.
Ibid. lin. 12. De anima secundum.	Rursus de anima secundum.
Ibid. lin. 13. De anima tertium.	Denique de anima tertium.
Pag. 131. lin. 19. De primo bono, sive de felicitate.	De primo bono, caeterisque bonis.
Pag. 132. lin. 21. familiares.	valde familiares.
Ibid. lin. 25. Amerium nominari bonum censuit; ab Ameria, po=	Amerium nominari maluit ab Ameria, quam Amelium ab A=

tius quam ab Amelia, convenire dicens se vocari.	melia.
Pag. 134. lin. 4. revocare contendebat.	revocare admodum contendebat.
Ibidem. lin. 10. pulchri studiosissimus.	bonarum artium studiosissimus.
Ibidem. lin. 16. politicam elegit vitam.	civilem elegit vitam.
Ibid. lin. 17. venerabatur.	inprimis venerabatur.
Ibid. lin. 19. audiebant.	sedulo audiebant.
Pag. 135. lin. 9. ac altero quolibet die cibum assumebat.	cibumque indies unicum assumebat.
Ibid. lin. 12. et incuria.	extremaque incuria.
Ibid. lin. 19. multo expeditius.	expeditius.
Ibid. lin. 21. manibus tractant.	manibus quotidie tractant.
Ibid. lin. 23. probabat.	complectebatur.
Ibid. lin. 27. primum quidem.	hactenus quidem.
Pag. 136. lin. 11. emendare bis.	respicere bis.
Pag. 137. lin. 8. cum aliquo.	cum suorum quopiam.
Pag. 138. lin. 23. tradebant. Quo circa.	tradebant atque commendabant. Quo circa.
Pag. 139. lin. 2. de re aliqua variis modis verba faceret, auscultabat.	aliquid foret commutaturus, auscultabat attentus
Ibid. lin. 17. remittebat.	vel paululum remittebat.
Ibid. mansuetus.	mansuetus admodum.

Ibid. lin. 19. qui ei adhaererent	qui ei quoquo modo adhaererent.
Ibid. lin. 24. Magistratuum.	civium.
Pag. 140. lin. 8. despiciebat Plotinum, animoque.	et ipse despiciebat Plotinum et despectum reddere apud omnes moliebatur, animoque.
Ibid. lin. 21. aitque.	aitque suis.
Pag. 141. lin. 3. a maleficio destitit. Plotinus enim.	tandem a maleficio destitit. Et profecto Plotinus.
Ibid. lin. 4. genitura.	natura.
Ibid. lin. 8. Plotino notus.	Plotino subito notus.
Ibid. lin. 16. hunc locum Romae purum.	hunc locum purum
Ibid. lin. 20. Deus accessit.	pro Daemone Deus accessit.
Ibid. lin. 21. Sic ergo Aegyptius.	Sic ergo repente Aegyptius.
Pag. 142. lin. 7. sive metu quodam perterritus.	sive metu perterritus.
Ibid. lin. 10. semper et ipse divinum.	merito et ipse semper divinum.
Ibid. lin. 13. de eo qui nos sortitus est Daemone librum composuit.	de suo cujusque familiari Daemone librum deinde composuit.
Ibid. lin. 16. proferre.	diligenter afferre.
Ibid. lin. 19. per neomenias	per calendas.
Pag. 143. lin. 15. ut et abdita inveniret.	ut et facta detegeret.
Ibid. lin. 14. singulos Plotinus	singulos Plotinus intuitus selegit

intuitus, hic fur est, inquit, quendam indicans.	quendam, aitque, hic monile subripuit.
Ibid. lin. 17. diu quidem primum negat.	diu quidem negat.
Ibid. lin 21. praedicebat.	mirifice praedicebat.
Pag. 144. lin. 5. quod ille persensit.	quod mirabiliter ille persensit.
Ibid. lin. 6. domi degenti.	domi deambulanti.
Ibid. lin. 11. itaque abire me jussit.	itaque Roma abire me jussit.
Ibid. lin. 13. cum audirem.	praecipue cum audirem.
Ibid. lin. 22. Galienus.	Proinde Galienus.
~~Ibid~~ Pag. 145. lin. 11. una cum amicis.	una cum amicis omnibus.
Ibid. lin. 19. ad inventionem et opportuna percipienda solertissimus.	ad inventionem solers, ad opportuna percipienda promptissimus.
Ibid. lin. 22. non enim pronunciabat ἀναμιμνήσκεται, sed ἀναμνημίσκεται.	non enim pronunciabat meminisse, sed meminisse.
Pag. 146. lin. 13. sudor e facie.	sudor velut ros e facie.
Ibid. lin. 14. tunc mansuetudo.	tunc benigna mansuetudo
Ibid. lin. 15. lenitas.	placida lenitas.
Ibid. lin. 17. vigor.	robustus admodum vigor.
Ibid. lin. 20. qua conditione anima cum corpore conjungatur.	qua conditione potissimum anima cum corpore conjungatur.
Pag. 147. lin. 12. Scribit autem con=	Scribit autem intentissimo quo=

cisus.	dam acumine.
Ibid. lin. 15. saepe numine afflatus, saepe ex ipsa re.	multa numine afflatus effundit, saepe ex ipsa re.
Ibid. lin. 23. sententiae Aristotelis Metaphysicae.	sententiae Aristotelis post Physica.
Pag. 148. lin. 1. illic insunt. Latuit eum nihil.	illic frequentius insunt. Latuit enim nihil.
Ibid. lin. 22. Quum liber Longini de principiis, ejusdemque Antiquitatis-amator lectus esset.	Quum liber Longini et Phylarchei de principiis lectus esset.
Pag. 149. lin. 3. Plotinus genas.	Plotinus statim genas.
Ibid. lin. 14. legissem.	recensuissem.
Ibid. lin. 17. quum multa illic mystice ex enthusiasmo, et secrete dicta fuissent.	quum multa illis divino quodam afflatu secretoque mysterio dicta fuissent.
Pag. 150. lin. 9. discessurus.	subito discessurus.
Ibid. lin. 11. mihi mandavit ut refellerem.	mihi mandavit imprimis ut refellerem.
Ibid. lin. 19. saepe repeteret.	continuo saepe repeteret.
Ibid. lin. 22. Platonicus successor.	Platonis sectator.
Ibid. lin. 23. scriptaque misit.	scriptaque misit Romam.
Pag. 151. lin. 16. Adelphius, et Aquilinus.	Adelphii, Acylinique sectatores.

Pag. 152. lin. 12. reliqua judicanda deseruit	reliqua discutere et judicare commisit.
Pag. 153. lin. 4. criminabantur.	falso criminabantur.
Ibid. lin. 13. mihi dicavit Basilei, id est regi.	mihi dicavit, meque ipsa inscriptione Basilea, id est regem cognominavit.
Ibid. lin. 16. Malchus.	Malcus.
Ibid. lin. 17. Malchus.	Malcus.
Ibid. lin. 21. de impetu.	de Conatu.
Pag. 154. lin. 2. Malche.	Malce.
Ibid. lin. 6. Malchum.	Malcum.
Ibid. lin. 8. Amelius Regi recte agere.	Amelius Basileo id est Regi salutem.
Ibid. lin. 11. celebratissimorum	inclytorum.
Ibid. lin. 16. ex dicendi loquendique qua gloriantur facundia.	ex dicendi loquendique propria apud ipsos et qua gloriantur modestia.
Pag. 155. lin. 1. et mendaci dicacitate in eum invehuntur.	et mendaci duntaxat dicacitate in eum perperam invehuntur.
Ibid. lin. 8. magnus Plotinus.	magnus admirandusque Plotinus.
Ibid. lin. 10. morem tibi gessi.	morem tibi gerendum existimavi.

Ibid. lin. 12. quod scis elaborata.	quod scis a nobis elaborata.
Ibid. lin. 19. Praeterea.	Eoque magis.
Pag. 156. lin. 11. hic fuerit obsignatum.	hic a nobis fuerit obsignatum.
Ibid. lin. 15. propter distantiam a nostri ducis doctrina.	ideoque ab ipsa nostri ducis doctrina distantior.
Ibid. lin. 18. potuit tibi in omnibus gratificandi voluntas.	potuit ardens tibi gratificandi voluntas.
Pag. 158. lin. 4. ob nostrae sententiae ignorationem.	ob quandam nostrae sententiae ignorantiam.
Ibid. lin. 7. adversus Porphyrii dubitationes.	adversus objectiones meas.
Ibid. lin. 17. fide dignos.	fide dignissimos.
Ibid. lin. 18. provocavi.	omni studio provocavi.
Ibid. lin. 23. propensum.	valde propensum.
Pag. 159. lin. 7. me rogaret.	operae pretium judicaret.
Ibid. lin. 13. mittas rogo, imo vero feras tecum.	ad nos mittito, imo vero ferto tecum.
Ibid. lin. 18. quid enim sapientiae a nobis sperans venias?	quid enim novae apud nos sapientiae sperans venias, nescio.
Pag. 160. lin. 4. aliud quiddam cogites, a me tamen.	aliud quiddam putes assequi, apud me tamen.

Ibid. lin. 6. quae periisse dicis.	quae plurimum periisse dicis.
Ibid. lin. 11. exscriptorem.	subscriptorem.
Ibid. lin. 18. sed non perfecte habeo.	sed non perfecte me habere profiteor.
Ibid. lin. 21. errata exscriptorum.	errata passim exscriptorum.
Pag. 161. lin. 7. diligenter.	summa diligentia.
Ibid. lin. 17. accurate.	summo studio.
Pag. 162. lin. 2. admittere.	capere.
Ibid. lin. 5. philosophicam.	admodum philosophicam.
Ibid. lin. 7. atque mirari.	atque venerari.
Ibid. lin. 9. cum praestantissimorum operibus.	cum praestantissimorum duntaxat operibus.
Pag. 163. lin. 1. ex rebus Amelii.	ab Amelio.
Ibid. lin. 7. emendata erant.	emendatissima erant.
Ibid. lin. 11. in opere quodam.	in opere ipso.
Ibid. lin. 19. contra Plotinum, Sentilianumque Amelium.	ad Plotinum, Sentilianumque cognomento Amelium.
Ibid. lin. 24. non parvus eorum numerus	major profecto eorum numerus.
Pag. 164. lin. 20. si familiares.	si praesentes familiaresque.
Pag. 165. lin. 6. Plotini discipulus.	Plotini familiaris.
Pag. 166. Reip lin. 2. Reipublicae Platonis opponit, non pro=	Reipublicae Platonis opponit, et quibus haec rationi=

pter hoc illis connumerari merentur, qui data opera Philosophicam doctrinam scriptis illustrarunt.	bus confutentur, haec sane parvi momenti sunt, si cum rationibus quas illi voce exactius assignare solebant, conferre volueris.
Ibid. lin. 13. et qui in urbe	et qui Athenis.
Ibid. lin. 22. nihil tamen technicum.	nihil tamen artificiosum admodum.
Pag. 167. lin. 16. doctrina.	historia.
Ibid. lin. 23. ex mentis conceptu.	ex solo mentis conceptu.
Ibid. Pag. 168. lin. 5. in scholis dicta fuerant.	audita fuerant.
Ibid. lin. 6. doctrinae philosophicae expositionem.	orationis structuram.
Ibid. lin. 12. curam ostenderunt.	munus serio elegerunt
Ibid. lin. 22. ad diligentiam.	ad exactam diligentiam.
Pag. 169. lin. 1. et plerumque.	multaque.
Ibid. lin. 10. excutere.	sectari.
Ibid. lin. 17. nihil igitur curantes vel quae plurimorum fuerunt congregare, vel eligere meliora.	nihil igitur ulterius curaverunt quam quae plurimorum fuerunt congregare, vel multa discutiendo eligere meliora.
Ibid. lin. 22. de justitia quae	de justitia apud Platonem po=

juxta Platonem est.	sita.
Pag. 170. lin. 4. Tyrium dico Regem.	Syrium dico Basilium.
Ibid. lin. 14. satis.	mediocriter.
Ibid. lin. 23. miserat, quam ipse epistolam.	miserat atque scripserat, quam ipse epistolam.
Pag. 171. lin. 11. propositionum copia	propositionum quaestionumque copia.
Ibid. lin. 15. eave vulgare, sed Pythagoreorum habitis doctrinis, Platonis etiam dogmata sectari.	eave colere, sed Pythagoreorum mysteria Plotinum sectari constituisse.
Pag. 172. lin. 2. quantum ad diligentiam pertinet.	quantum ad absolutam pertinet rationem.
Ibid. lin. 7. prolixitate, atque elocutionis circuitu in oppositum.	prolixitate in oppositum.
Ibid. lin. 13. Rex.	Basilius.
Pag. 173. lin. 14. qui vere dixit.	qui vere de se ipso dixit.
Pag. 176. lin. 22. sepulchrum.	signum.
Pag. 177. lin. 24. ah quam multis.	ah beate quam multis.
Pag. 178. lin. 21. toto animo amavit.	animo toto ardenter amavit.
Pag. 179. lin. 6. gradus.	gradus omnes.

Ibid. lin. 11. universumque intelligibile consistens.	universumque intelligibile in se ipso consistens.
Ibid. lin. 19. signumque erat appropinquare.	signumque erat, quo aciem mentis intenderet appropinquare.
Pag. 180. lin. 5. dum uberes radios.	dum uberrimos divini luminis radios.
Ibid. lin. 6. porrigerent: ut dictum sit.	benigne porrigerent: ut vere dictum sit.
Ibid. lin. 14. pulchra.	pulcherrima.
Pag. 181. lin. 7. desiderium.	suave desiderium.
Pag. 183. lin. 2. argumenta in unum affinia colligens.	suppositiones in unum proprias colligens.
Ibid. lin. 9. Enneadi propria tribuens.	Enneadi, ides est novenario propria tribuens.
Ibid. lin. 14. morales has continet.	morales continet.
Pag. 184. lin. 7. Prima igitur Enneas.	Prima igitur, ut dixi, Enneas
Pag. 185. lin. 20. Considerationes diversae.	De diversis considerationibus
Pag. 186. lin. 6. propositio	propositio, sive quaestio.
Ibid. lin. 13. hic posuimus.	hic rite posuimus.
Pag. 188. lin. 1. De tribus substantiis principalibus.	De tribus substantiis principalibus, sive principiis rationem habentibus.

Jacobi Leopardi
Observationes
In Porphyrium
De Vita Plotini,
et ordine Librorum ejus.

Observationes.

Caput I.

Πλωτῖνος) Mentio Plotini apud Scriptores plurimos. In his sunt, Aeneas Gazaeus, (1.) Ammianus Marcellinus, (2.) Ammonius Hermeae Filius, (3.) Sidonius Apollinaris, (4.) Augustinus, (5.) Boethius, (6.) Cyrillus Alexandrinus, (7.) Dexippus, (8.) Eunapius, (9.) Eusebius, (10.) Julius Firmicus Maternus, (11.) Michael Glycas, (12.) Hierocles, (13.) Julianus Imperator,

---

(1.) Aeneas Gazaeus, in Theophrasto.

(2.) Ammianus Marcellinus, Histor. Lib. XXI. Cap. 14. Lib. XXII. Cap. 16.

(3.) Ammonius Hermeae, in Porphyr. Isagog. de V. praedicabilibus.

(4.) Sidonius Apollinaris, Epist. Lib. III. ep. 6.

(5.) S. Augustinus, De Civit. Dei Lib. VIII. Cap. 12. Lib. IX. Cap. 10. Contra Academic. Lib. III. Cap. 18. Epist. 56. ad Dioscurum.

(6.) Boethius, Praef. ad lib. de divisione.

(7.) S. Cyrillus Alexandrinus, Cont. Julian. Lib. II. IV. VIII.

(8.) Dexippus, Quaest. in Aristot. Categor. L. I. Praef. L. II. singulis capitib. L. III. Cap. 1. 2. 4. 5. 7.

(9.) Eunapius Vit. Sophist.

(10.) Eusebius, Pr. Evang. L. XI. C. 16. 17. L. XV. C. 9. 10. 21. 22.

(11.) Julius Firmicus Maternus, in Mathesi.

(12.) Glycas, Annal.

(13.) Hierocles, ap. Photium Biblioth. Cod. CCXIV.

(14.) Macrobius, (15.) Maximus Martyr, (16.) Antonius Melissa, (17.) Nemesius, (18.) Nicephorus Gregoras, (19.) Olympiodorus, (20.) Joannes Philoponus, (21.) Proclus, (22.) Michael Psellus, (23.) Joan=

(14.) Julianus, Orat. VII.

(15.) Macrobius, in Somn. Scipionis Lib. I. Cap. 8. 13. 17. 19. Lib. II. Cap. 11. Saturnal. Lib. I. Cap. 17.

(16.) S. Maximus, Cap. Theolog. Serm. 52.

(17.) Melissa, Loc. Commun. Lib. I. Cap. 54.

(18.) Nemesius, De ~~Natura Hominis.~~

(19.) Nicephorus Gregoras, Histor. Byzant. et ad Synes. de insomn.

(20.) Olympiodorus, Commentar. Manuscrip. in Platon. Phaedonem.

(21.) Joannes Philoponus, Contra Procl. de mundi aeternitate solut. 8. ad argument. 1. solut. 5. ad argument. 2. solut. 16. ad argument. 4. solut. 4. ad argument. 7. solut. 2. 15. ad argument. 13. solut. 3. 4. ad argument. 16. solut. 2. ad argument. 18. Commentar. ad Aristotelis Libros de Anima, Analytica priora, et Meteora.

(22.) Proclus, Commentar. ad Platonis Tim. Lib. I. II. III. IV. ad Platonis Rempublicam, et Theologiam, et Commentar. ad Euclidem.

(23.) Michael Psellus, De Omnifar. doctrina Cap. 28.

nes Sarisberiensis, (24.) Servius, (25.) Simplicius, (26.) Socrates, (27.) Sozomenus, (28.) Stobaeus, (29.) Suidas, (30.) Syncellus, (31.) Syrianus, (32.) Theodoretus, (33.) Theodulus sive Thomas Magister, (34.) Theophy=lactus Simocatta, (35.) et Anonymus auctor Scholii cujusdam graeci in aliquibus Manuscriptis Codicibus reperti ante Jamblichi librum de mysteriis Aegyptiorum. Capite 848. magni operis Eu=dociae τῆς Μακρημβολιτίσσης βασιλίδος Κονσταντινουπό=λεως = Macrembolitissae Reginae Constantinopoleos =, cui titu=

(24.) Joannes Sarisberiensis, Policrat.

(25.) Servius, ad Virgil. Aeneid. lib. IX.

(26.) Simplicius, Comment. ad Aristotelis Phys. Categor. de A=nima, et de Coelo.

(27.) Socrates, Hist. Eccles. Lib. VII. Cap. 15.

(28.) Sozomenus, Hist. Eccl. Lib. I. Cap. 5.

(29.) Stobaeus, in Eclog.

(30.) Suidas, Lex. art. Ἀμέλιος, Ἐπακτὸν, Ἡδόμενος, Κόσμος τὸ, Ὁμοίωσις, Πλωτῖνος, Πορφύριος, Φυσικὸς λόγος.

(31.) Syncellus, Chronograph.

(32.) Syrianus, ad Aristot. Metaphys.

(33.) Theodoretus, De Curat. Graec. affect. Lib. II. VI.

(34.) Theodulus, Epist. Manuscr. ad Joannem Philosophum.

(35.) Theophylactus Simocatta, Quaest. Physic. et Epist. 1. 25.

lus Ἰωνιὰ, et quod adhuc Manuscriptum extat, expresse agitur de Plotino.

Ἐῴκει μὲν αἰσχυνομένῳ ὅτι ἐν σώματι εἴη) Similis verecundiae meminit Theodulus sive Thomas Magister in Epistola manuscripta ad Joannem Philosophum, quam citat Dominus du Cange. (36.) Ἄνδρες ἐν γῇ μὲν ὄντες, ait ille, ἐν οὐρανοῖς δὲ τὸ πολίτευμα κεκτημένοι, καὶ κατὰ τὸν ἐξ Αἰγύπτου Πλωτῖνον ὅτι σωμάτων σφίσι προσῆκεν αἰσχυνόμενοι. = viri in terra quidem viventes, in coelis vero civitate potiti, et juxta Plotinum Aegyptium quod sibi corpora adhaereant verecundi.= Quo loco a Plotino Porphyrio nostro scriptam Plotini vitam memorari haud porro dixerim, ut Fabricius. (37.)

Οὔτε περὶ τῆς πατρίδος) Aegyptium fuisse Plotinum inquiunt Proclus, (38.) et Theodulus loco modo citato. Ejus patria Lycopolis Aegypti fuit teste Suida. (39.) Eunapius (40.) eam Λύκω = Lyco = adpellat. Duae autem in Aegypto fuere

(36.) Du Cange, Addend. in Glossar. med. et infim. Graecitatis art. ἀγγελικὸς βίος.

(37.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 27. §. 2.

(38.) Proclus, in Platon. Theolog. Lib. I. Cap. 1.

(39.) Suidas, Lex. art. Πλωτῖνος.

(40.) Eunapius, Vit. Sophist.

Lycopoles. Altera in Deltae νομῷ Sebennytico cujus praeter Strabonem meminit Stephanus Byzantinus. Altera vero in Thebaidis νομῷ Lycopolite, quam patriam fuisse Plotini persuasum habuit Fabricius. (41.) Haec, non prior illa Lycopolis, ut male visum Ortelio, memoratur in Antonini Itinerario. Eam Λύκων πόλιν = Lycon polin = sive Luporum civitatem vocant Ptolemaeus, Strabo, et Agatharchides apud Photium. (42.) Λύκων πόλις = Lycon polis = habemus etiam apud Aelianum. (43.) Lycon simpliciter eam vocat Plinius, (44.) omissa πόλεως = civitatis = voce. Lupum coluisse Lycopolitas Thebaidis testatur Macrobius (45.) his verbis: = Λύκον autem solem vocari, etiam Lycopolitana Thebaidos civitas testimonio est, quae pari religione Apollinem, itemque lupum, hoc est λύκον coluit, in utroque solem venerans. = Ait similiter Strabo: τιμῶσι λύκον Λυκοπολῖται = Lupum venerant Lycopolitae. = Urbis cujusdam Lyco dictae meminit Hieronymus. (46.) = Urbes quoque, inquit,

---

(41.) Fabricius, Not. ad Porphyr. de Vita Plot. Cap. 1.

(42.) Agatharchides, De mari rubro Lib. V. C. 9. ap. Phot. Bibl. Cod. CCL.

(43.) Aelianus, Histor. Animal. Lib. X. Cap. 28.

(44.) Plinius, Histor. Natural. Lib. V. Cap. 9.

(45.) Macrobius, Saturnal. Lib. I. Cap. 17.

(46.) S. Hieronymus, Contra Jovinian. Lib. II. Cap. 6.

apud eos (Aegyptios) ex animalium vocabulis nuncupantur Leonto, Cyno, Lyco, Busiris, Thmuis, quod interpretatur hircus. = Suidas similiter: Παῦλος Αἰγύπτιος ἐκ τῆς Λύκω = Paulus Aegyptius ex Lyco. = Lycopolitis νομοῦ mentio apud Ptolemaeum, Porphyrium, (47.) Plinium, Diodorum, (48.) ac Stephanum Byzantinum. Λυκοπολίτην χώραν = Regionem Lycopolitam = memorat Eusebius. (49.) Ἕτεροι δὲ, ita ille, λέγουσιν Αἰθίοπας στρατεύσαντας ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον, ὑπὸ πλήθους λύκων διωχθῆναι· διὸ καὶ Λυκοπολίτην κληθῆναι τὴν χώραν. Idest, ex versione Francisci Viger. = Quanquam alii tradunt, Aethiopes cum in Aegyptum incubuissent, a luporum multitudine pessime vexatos, et in fugam actos fuisse, id quod etiam in causa fuerit, cur ea regio Lycopolitana diceretur. =

Ζωγράφου δὲ ἀνασχέσθαι, ἢ πλάστου τοσοῦτον ἀπηξίου) Agesilaus etiam neque pingi neque fingi imaginem suam concessisse dicitur. = Nec minus est, ait Cicero, (50.) Spartiates Agesilaus ille perhibendus, qui neque pictam, neque fictam imaginem suam passus est esse, quam qui in eo genere labora=

(47.) Porphyrius, De abstinen. ab. animat. Lib. IV.

(48.) Diodorus Siculus, Biblioth. Histor. Lib. I. cap. 48.

(49.) Eusebius, Praep. Evang. Lib. II. Cap. 1.

(50.) M. Tul. Cicero, Ad familiar. Lib. V. ep. 12.

runt. = Ubi pro = perhibendus =, legunt alii = probandus =, alii = perennis. = Conferantur Plutarchus, (51.) et Suidas. (52.) Similia de poeta Accio, aliisque recentioribus viris referuntur, quos memorat Fabricius in notis ad hoc Porphyrii caput.

Ὥστε καὶ λέγειν πρὸς τὸν Ἀμέλιον) De Amelio magni nominis philosopho saepius a Porphyrio hoc in opere memorato dicendi mihi erit occasio altero istarum observationum loco.

Ἀλλὰ καὶ εἰδώλου εἴδωλον) Ait similiter Aeneas Gazaeus: (53.) Μηκέτι τοῦ εἰδώλου τὸ εἴδωλον ἐγκαταγράφειν = Non amplius imaginis imaginem describere =

Caput II.

Κοιλιακῇ δὲ νόσῳ πολλάκις καταπονούμενος) Plotinum corpore infirmum, sacroque morbo obnoxium fuisse inquit Suidas. (54.)

Μηδὲ τῶν ἡμέρων ζώων τὰς ἐκ τοῦ σώματος τροφὰς προσίεσθαι λέγων) Vertit Ficinus = cum nec ex animalium quoque

(51.) Plutarchus, in Vita Agesilai.

(52.) Suidas, Lex. art. μήτε πλαστὰν.

(53.) Aeneas Gazaeus, Epist. 12.

(54.) Suidas, Lex. art. Πλωτῖνος.

mansuetorum corporibus capere se escam diceret.= Sed ni fallor legendum porro μηδὲν = nullum = pro μηδὲ = neque = et reddendum: = Mansuetorum animalium nullum, alimenta ex corpore sumere dicens:= adeo ut hic innuat Plotinus dogma de abstinentia ab animatis, de quo extant lectu haud indigni Plutarchi, (55.) et Porphyrii libri. (56.) Nil tamen immutavi.

Ἐπειδὴ τοῦ λοιμοῦ ἐπιβρίσαντος) Indicat Porphyrius pestilentiam illam, quae sub Gallieni imperio Romae grassata est. Eam memorat Sextus Aurelius Victor. (57.) = Simulque Romam, ait ille, pestilentia grassabatur, quae saepe curis gravioribus, atque animi desperatione oritur.= De hac lue loquuntur etiam Eusebius, (58.) Zosimus, (59.) ac Trebellius Pollio, (60.) a quo discimus uno die quinque hominum millia eodem morbo periisse. = Pestilentia tanta extiterat vel Romae, vel in Achaicis urbibus, ut uno die quinque millia hominum pari morbo perirent.

(55.) Plutarchus, De esu carnium.

(56.) Porphyrius, De abstinentia ab animatis.

(57.) Sex. Aurelius Victor, De Caesaribus Cap. 33.

(58.) Eusebius, Hist. Eccles. Lib. VII. Cap. 22.

(59.) Zosimus Histor. Lib. I.

(60.) Trebellius Pollio, in Vita Gallieni I.

Ὡς ἔλεγεν ἐπανελθόντι Εὐστόχιος ὁ ἑταῖρος) De Eustochio loquitur Porphyrius septimo hujus libri capite, in quo varios recenset Plotini discipulos.

Καὶ τὴν ὄψιν συγχυθῆναι, καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς πόδας ἑλκωθῆναι) Extremam Plotini infirmitatem descripsit, praeter Porphyrium, Julius Firmicus Maternus (61.) his verbis: « Ecce se illi (Plotino) in ista confidentiae animositate securo tota fatorum potestas imposuit, et primum membra ejus frigido sanguinis torpore riguerunt, et oculorum acies splendorem paulatim extenuati luminis perdidit, postea per totam ejus cutem magnis humoribus nutrita pestis erupit, ut putre corpus, deficientibus membris, corrupti sanguinis morte tabesceret, per omnes dies, ac per omnes horas serpente morbo, minutae partes viscerum defluebant, et quicquid paulo ante integrum videras, statim confecti corporis exulceratio deformabat, sic corrupta, ac dissipata facie, tota ab illo figura corporis recedebat, et in mortuo, ut ita dicam, corpore solus superstes retinebatur animus, ut ista gravis morbi continuatione confectus, et tormentis propriis coactus, ac verae rationis auctoritate convictus vim fati, potestatemque sentiret, et ut confecti corporis laceratione quassatus sententiam fortunae pronunciantis exciperet. =

(61.) Julius Firmicus Maternus, Prooem. Matheseos.

Εἰς Ζήθου χωρίον) Zethum memorat Porphyrius alio hujusce libri loco, ubi quaedam exponit etiam de Castricio, quem hoc capite post Zethum nominat.

Τὸ ἐν ἡμῖν Θεῖον) Ita legit Ficinus. Alii vero legunt τὸν ἐν ἡμῖν Θεὸν = Deum, qui in nobis est =, quod minus placet propter sequentia ἀνάγειν πρὸς τὸ ἐν τῷ παντὶ Θεῖον = ad divinum, quod est in universo reducere =, nisi et hic legendum dicatur πρὸς τὸν ἐν τῷ παντὶ Θεὸν = ad Deum, qui est in universo. = Videndus omnino Synesius in fine Epistolae CXXXVIII.

Ἐγὼ μὲν ὁ Πορφύριος ἐτύγχανον ἐν Λιλυβαίῳ διατρίβων) Porphyrius Siciliam profectus in Lilybaeum se contulit, cum eum Plotinus ad immutandum suae habitationis locum compulisset, ut ipse narrat Porphyrius decimo primo hujus libri capite.

Καί περ ἐν τοῖς Πλάτωνος, καὶ Σωκράτους παραδεδομένοις γενεθλίοις) De more insignium Philosophorum natalitia celebrandi altero harum observationum loco erit loquendi opportunitas.

Caput III.

Ἀπενέγκαι πρὸς Ἀμμώνιον) Ammonii discipulum fuisse Plotinum ait praeter Porphyrium Nemesius (62.) ita loquens:

(62.) Nemesius, de natura hominis cap. 2.

πρὸς πάντας τοὺς λέγοντας σῶμα τὴν ψυχὴν ἀρκέσει τὰ πα=
ρὰ Ἀμμωνίου τοῦ διδασκάλου Πλωτίνου, καὶ Νουμηνίου
τοῦ Πυθαγορικοῦ εἰρημένα = Contra eos omnes, qui animam
corpus esse dicunt, sufficient illa, quae ab Ammonio Plotini ma=
gistro, et a Numenio Pythagorico dicta sunt. = Ubi male
Joannes Cono putavit verbum διδασκάλου referri tam ad Πλω=
τίνου, quam ad Νουμηνίου, adeo ut Ammonius Plotini simul,
et Numenii magister diceretur, Numenius enim Ammonio i=
pso antiquior eo magistro uti non potuit. Ammonius Plotini
magister ille fuit, qui Saccas cognomen habuit, ut docet Am=
mianus Marcellinus. (63.) = Unde, inquit, ... Saccas Ammo=
nius Plotini Magister, aliique plurimi scriptores in litteris no=
bilium studiorum. = Suidas (64.) inquit similiter: Πλωτῖνος μα=
θητὴς Ἀμμωνίου τοῦ πρώην γενομένου σακκοφόρου = Plo=
tinus discipulus Ammonii, qui fuit antea saccophorus = Hie=
rocles apud Photium, (65.) Ammonii discipulorum, inquit, οἱ ἐπι=
φανέστατοι Πλωτῖνός τε, καὶ Ὠριγένης = clarissimi fue=
re Plotinus et Origenes. = Ammonius iste dictus fuit Saccas,

(63.) Ammianus Marcellinus, Histor. Lib. XXII. Cap. 16.

(64.) Suidas, Lex. art. Πλωτῖνος.

(65.) Hierocles, apud Photium Biblioth. Cod. CCXIV.

quia σακκοφορος = saccophorus = fuit teste Suida, sive ex illorum numero fuit, qui merces transferendo victum quaerebant, et Saccarii adpellabantur, ut docemur e Codice Theodosiano. (66.) Videantur Valesius, (67.) Burmannus, (68.) Kuster, (69.) Gothofredus, (70.) Fabricius, (71.) et Schardam. (72.) Ammonium ajunt Porphyrius apud Eusebium, (73.) et Suidas (74.) e Christiano Ethnicum factum fuisse, sed Eusebius ipse, (75.) et Hieronymus (76.) eum ad exitum usque in Fidei puritate permansisse contendunt. Eos tamen erroris arguit Fabricius. (77.)

(66.) Codex Theodosianus, Tit. de Saccariis urbis Romae.

(67.) Valesius, ad Ammian. Marcell. Hist. Lib. XXII. Cap. 16.

(68.) Burmannus, ad Petron.

(69.) Kuster, ad Suid. Lex. art. Ἀμμώνιος.

(70.) Gothofredus, ad Cod. Theodosian.

(71.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 26. §. 11.

(72.) Schardam, Dissertation. Philologic. de Vita, et scriptis Longini §. 5.

(73.) Porphyrius, ap. Eusebium Histor. Eccles. Lib. VI. Cap. 19.

(74.) Suidas, Lex. art. Ἀμμώνιος, Σάκκας.

(75.) Eusebius Hist. Eccl. Lib. VI. Cap. 19.

(76.) S. Hieronymus, Catal. Script. Eccl. Cap. 55.

(77.) Fabricius Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 26. §. 4. 11. 15.

Τοῦ δὲ Γορδιανοῦ περὶ τὴν Μεσοποταμίαν ἀναιρηθέντος) Interfectus fuit Gordianus haud longe a Circesso, ut ait Paulus Orosius: (78.) = Igitur Gordianus ingentibus praeliis adversum Parthos prospere gestis, suorum fraude haud longe a Circesso super Euphratem interfectus est. = Eutropius (79.) haec habet: = rediens (Gordianus) haud longe a Romanis finibus interfectus est fraude Philippi, qui post eum imperavit. Miles ei tumulum vigesimo milliario a Circesso, quod Castrum nunc Romanorum est Euphrati imminens edificavit. = Ubi in Codice Lincolniensi legitur = Circosso = pro = Circesso =, in Codice Lugduni Batavorum = Circesio =, in altero = Cyrcesso =, in altero tandem ejusdem urbis = Circeso. = Sed apud Rufum etiam reperitur = Circesso =. Haec ejus verba: (80.) = De Perside (Gordianus) rediens victor, fraude Philippi, qui praefectus praetorio ejus erat, occisus est. Milites ei tumulum in vicesimo milliario a Circesso castro, quod et nunc extat, aedificaverunt. = Goltz tamen legere mavult = Cercusio = Ammianum Marcellinum (81.) sequens qui ita loquitur: = Tendens Imperator agili gradu, Cercusium principio

---

(78.) Paulus Orosius, Histor. advers. Pagan. Lib. VII. Cap. 20.
(79.) Eutropius, Histor. Rom. Breviar. Lib. IX. Cap. 2.
(80.) Rufus, Breviar. Rerum gestarum Populi Romani Cap. 23.
(81.) Ammianus Marcellinus, Histor. Lib. XXIII. Cap. 5.

mensis Aprilis ingressus est, munimentum tutissimum, et fabre politum: cujus moenia Abora, et Euphrates ambiunt flumina, velut spatium insulare fingentes. = Geographus Nubiensis (82.) scribit pariter = Cercusium. = Κιρκήσιον = Circesium = locum illum vocant Procopius Caesareensis, (83.) et Zosimus, (84.) qui ipsum describunt. Aliis scribere placet = Cirgessum =. Paeanius (85.) habet Κιρκενσίου = Circensii =, nisi in sua Eutropii versione legendum Κιρκησίου = Circesii = ; Julius Capitolinus (86.) = Circejam =, = si codex non errat =, inquit Glarean. (87.) = Tertio Gordiano sepulto sepulchrum milites apud Circejam Castrum fecerunt in finibus Persidis, titulum hujusmodi addentes et Graecis, et Latinis, et Persicis, et Judaicis, et Aegyptiacis literis, ut ab omnibus legerentur. DIVO GORDIANO VICTORI PERSARUM, VICTORI GOTTHORUM, VICTORI SARMATARUM, DEPULSORI ROMANARUM SEDITIONUM, VICTORI GERMANORUM, SED NON

(82.) Geographus Nubiensis, Clim. IV. Par. 5.

(83.) Procopius, Pers. Lib. II. Cap. 5.

(84.) Zosimus, Histor. Lib. III. Cap. 12.

(85.) Παιάνιος, Μεταφράσεως εἰς τὴν τοῦ Εὐτροπ. Ῥωμαϊκ. Ἱστορ. Βίβ. Θ. Κεφ. β'.

(86.) Julius Capitolinus, Vit. trium Gordianorum.

(87.) Glarean, ad Eutrop. Hist. Rom. Breviar. Lib. IX. Cap. 2.

VICTORI PHILIPPORUM. = De Circesso, sive Cercusio, aut Circe=sio, quem locum multi eumdem putant ac Carcemis sacris scri=ptoribus (88.) memoratum, videri possunt Bochart, (89.) et Cella=rius. (90.) Gordiani interitum narrat etiam Sextus Aurelius Victor (91.) his verbis: = Ibi (Gordianus) gesto insigniter bello, Marci Phi=lippi Praefecti Praetorio insidiis periit sexennio Imperii = In epi=tome de Romanorum Imperatorum vitis, et moribus ex libris ejusdem Victoris (92.) Gordiani obitus memoratur, sepulchrique locus indicatur: = Apud Ctesiphontem, (Gordianus) a Philippo Praefecto Praetorio accensis in seditionem militibus, occiditur an=no vitae undevicesimo. Corpus ejus prope fines Romani, Per=sicique Imperii positum nomen loco dedit, sepulcrum Gordiani. =

'Ερεννίῳ) Differt Herennius Porphyrio hic memoratus ab Herennio Philone Byblio; ab Herennio Severo, cujus mentio apud Suidam; (93.) ab Herennio Modestino Jurisconsulto; ab

---

(88.) Paralipomena, L. 2. C. 35. v. 20. Jeremias, C. 46. v. 2. Isaias, C. 9. v. 9.

(89.) Bochart, Geograph. Sac. Par. I. seu Phaleg Lib. IV. Cap. 21.

(90.) Cellarius, Notit. Orbis antiqui Lib. III. Cap. 15. §. 14.

(91.) Sex. Aurelius Victor, De Caesar. Cap. 27.

(92.) De vita, et moribus Imperatorum Romanorum epitome ex libris Sex. Aurelii Victoris, Cap. 27.

(93.) Suidas, Lex. art. Ἕρμιππος Βηρύττιος.

Herennio Senecione, de quo Xiphilinus, (94.) Tacitus, (95.) et Plinius junior; (96.) a C. Herennio cui inscripti quatuor Rhetoricorum libri Ciceroni; ab Herennio Macro, quem memorat Seneca philosophus, ab Herennio Gallo, quem saepius nominat Tacitus; (97.) ab Herennio, quem laudat auctor Vitae Virgilii Tiberio Donato adscriptae, et verisimiliter etiam a Dexippo Herennio, Eunapio, (98.) et Suidae (99.) memorato, quem tamen ex Herennii Plotini condiscipuli fuisse familia fortasse quis putet.

Καὶ Ὠριγένει) De hoc Origene iterum mentio apud Porphyrium decimo quarto hujus libri capite. Eum memorant etiam Longinus apud Porphyrium ipsum capite hujus Vitae vigesimo, Hierocles apud Photium (100.) aliique. Baronius, (101.)

(94.) Xiphilinus, Vit. Domitiani.

(95.) Tacitus, Vit. Agricolae Cap. 2. 95.

(96.) Plinius, Epist. Lib. VII. Cap. Ep. 19.

(97.) Tacitus, Histor. Lib. IV. Cap. 13. 19. 26. 27. 59. 70. 77.

(98.) Eunapius, Vit. Sophist. in Vita Porphyrii.

(99.) Suidas, Lex. art. Δέξιππος.

(100.) Hierocles, ap. Photium Biblioth. Cod. CCXIV.

(101.) Baronius, Annal. Ecclesiast.

Holstenius, (102.) Jonsius, (103.) scriptoresque alii Origenem Porphyrio hic memoratum ab Origene illo Adamantio celeberrimo Christianae Religionis propugnatore non distinguerunt. Errorem hunc notat Valesius, (104.) qui ut differentiam ostendat, quae inter unum, aliumque Origenem intercedit duo profert argumenta, sumptum alterum ex Longini fragmento quod vigesimo hujus libri capite refert Porphyrius, alterum vero ex hoc ipso capite Vitae Plotini. Differentiam illam agnoverunt etiam Huet, (105.) Tillemont, (106.) Fabricius, (107.) Schardam, (108.) Agathopistus Cromatianus, (109.) et Pearson, (110.) qui antea in errorem inciderat unum

---

(102.) Holstenius, Disser. De Vita, et Scriptis Porphyrii Cap. 2. 6.

(103.) Jonsius, De Scriptor. Histor. philosophic. Lib. III. Cap. 16.

(104.) Valesius, ad Euseb. Hist. Eccl. Lib. VI. Cap. 19.

(105.) Huet, Origenian. Lib. I. Cap. 1. §. 7.

(106.) Tillemont, Memoir. pour servir à l' Hist. Eccl. Ammone Saccas Philos. Chretien.

(107.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 26. §. 11. et ad Porphyr. De Vita Plot. Cap. 3.

(108.) Schardam, Diss. Philol. de Vita, et Scrip. Longini §. 5.

(109.) Agatopisto Cromaziano, Della Ist. e della indole di ogni Filosofia. C. 66.

(110.) Pearson, Vindic. epistol. Ignat.

cum altero Origene confundens. Memorat Eunapius (111.) Origenem quemdam Porphyrii, et Amelii, ut ipse ait, συμφοιτητὴν, quod Holstenio (112.) admirationis caussa fuit. = Miror, inquit, Eunapium Origenem Porphyrii συμφοιτητὴν; sive Condiscipulum vocasse, idque ipsius Porphyrii verbis. = Suspicatus est Huet (113.) respexisse Eunapium ad Origenem alterum, non minus a Plotini condiscipulo, quam ab Adamantio diversum, tertiumque hunc Origenem arbitratus est Plotini scholam frequentasse. Ejus vero conjecturam non probavit Tillemont. (114.) = Il peut, ait ille, avoir survecu long-temps à Plotin mort en 270. puisqu' Eunape met un Origene entre ceux qui avoient esté sous luy condisciples de Porphyre. Car je ne croy pas qu' il soit necessaire d' en faire un troisieme Origene. = Conjecturam ipsam aperte improbat Schardam, (115.) qui ab Eunapio Porphyrii condiscipulum adpellatum censet Origenem familiaritatis caussa, quam cum Porphyrio ipso, et Plotino habuit ille Romae. Ad Origenem hunc

(111.) Eunapius, Vit. Soph. in V. Porph.

(112.) Holstenius, De vita, et scrip. Porph. Cap. 2.

(113.) Huet, Origenian. Lib. I. Cap. 1. §. 7.

(114.) Tillemont, Mem. pour servir à l' His. Eccl. Ammone Phil. Chretien.

(115.) Schardam, Diss. Philol. de Vita, et Scrip. Long. §. 5.

procul dubio juxta Tillemont ea spectant Procli (116.) verba: Ἀπορεῖται δὲ ὑπὸ Λογγίνου, καὶ Ὠριγένους ὁ τόπος· ὥστε φησὶν ὁ Πορφύριος τριῶν ὅλων ἡμερῶν διατελέσαι τὸν Ὠριγένην βοῶντα, καὶ ἐρυθριῶντα, καὶ ἱδρῶτι πολλῷ κατεχόμενον, μεγάλην εἶναι λέγοντα τὴν ὑπόθεσιν, καὶ τὴν ἀπορίαν, καὶ δεικνῦναι φιλοτιμούμενον, ὅτι πρὸς τὰς κατ' ἀρετὴν πράξεις ἀρκοῦσα ἡ παρ' Ὁμήρῳ μίμησις = De hoc loco dubitant Longinus, et Origenes: adeo ut, narrante Porphyrio, triduum integrum perseveraverit Origenes clamans, et rubefactus, multoque sudore conspersus, atque ostendere contendens ad virtuosas actiones Homericam imitationem sufficere =

Ἔγραψε δὲ οὐδὲν πλὴν τὸ περὶ ~~δαιμ~~ τῶν δαιμόνων σύγγραμμα) Origenis opus de daemoniis, vel de Geniis memorat Longinus quoque in fragmento, quod vigesimo hujusce libri capite est obvium.

Καὶ ἐπὶ Γαλιήνου ὅτι μόνος ποιητὴς ὁ βασιλεύς) Hujusce Origeniani operis titulus eruditorum ingenia non parum exercuit. Vertit Ficinus: = Atque sub Galieno librum in quo regem solum effectorem esse probabat = Sed Fabricio (117.) judice

(116.) Proclus, in Platon. Tim. Lib. I.

(117.) Fabricius, ad Porphyr. de Vita Plot. Cap. 3.

valde frigidus, obscurusve sensus est, qui in verbis hisce conspicitur. Autumavit Valesius (118.) Origenis opus elogium praestitisse poeticae Gallieni facultatis. Fuit quidem hic princeps poetice deditus, ejusque versus nonnulli nuptiales extant inter fragmenta Petronii Arbitri. Tillemont Valesii cogitatum probare visus est, cum de Origene Plotini condiscipulo loquens haec ait: = Il n'a rien écrit qu'un livre sur les demons, et un autre ouvrage fait sous Gallien, intitulé, Que le Prince seul est Poëte.= Sed Valesii sententiam haud probat Fabricius, (119.) qui parum censet credibile Philosophum, eumque Graecum, scriptum edidisse, ut solum Poetae nomine dignum Gallienum ostenderet. Et sane scriptum illud vilissimae adulationis opus, propositionisque absurdissimae fuisset propugnaculum. Fabricio consentit Schardam, (120.) qui et ipse notat nonnisi inconvenienter graecum philosophum de latinis carminibus pronunciare potuisse. Rectius alii, ut Brucker, sensum philosophicum includi existimarunt in Origeniani operis titulo. Inveni vero hic non posse videtur, nisi error aliquis in Porphyrii locum irrepsisse dicatur. Emendationem quamdam nobis suggerit Schar=

(118.) Valesius, ad Euseb. Hist. Eccl. Lib. VI. Cap. 19.

(119.) Fabricius, ad Porphyr. De Vita Plot. Cap. 3.

(120.) Schardam, Diss. Philol. de Vita, et Scr. Long. §. 5.

dam, quae pro ὅτι μόνος ποιητὴς ὁ βασιλεὺς, reponit in Porphyrii loco ὅτι νοῦς ποιητὴς, καὶ βασιλεὺς; idest, ut ipse auctor explicat, = mentem hoc universum condidisse, et conditum regere = Iuxta hanc explicationem putari posset Origenis opus scriptum fuisse ad refellendos illius aetatis philosophos tria rerum principia statuentes, de quibus videndi Gale, (121.) et Cudworth in Systemate intellectuali. Nihil tamen in Porphyrio immutandum censui. Scripsisse quoque Origenem in Platonis Timaeum colligunt Gale, Fabricius, (122.) et Schardam (123) ex Proclo, qui saepius Origenem adlegat in suo ad eumdem Platonis dialogum commentario. Notanda vero ea Porphyrii verba, in quibus dicitur nonnisi eos, qui ibi nominantur libros, scripsisse Origenem: quae probare videntur nil aliud praeter haec opera scripsisse Origenem ipsum, nisi dici velit postquam Porphyrius ista conscripsit Origenis in Timaeum lucubrationes edita fuisse.

Ἀπὸ τῆς Λυσιμάχου συνουσίας) Lysimachus Porphyrio hic memoratus verisimiliter ab illo non differt Lysimacho Stoico, quem philosophis sui aevi accenset Longinus in

---

(121.) Gale, ad Iamblich. De Myster. Aegypt.

(122.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. III. Cap. 1. §. 31. Lib. V. Cap. 6. §. 14.

(123.) Schardam, Diss. Philol. De Vita, et scrip. Long. §. 5.

fragmento, quod capite vigesimo hujus libri reperitur. Lysimachi istius, ut et discipuli Theophrasti, aut Theodori, nec non Lysimachi Coi, cujus laudat Erotianus libros tres contra Cydiam, librosque totidem contra Demetrium, aliosque 20. in Hippocratis voces; (124.) non meminit Fabricius (125.) varios Lysimachos numerans.

Τοῦ Νουμηνίου) Numenii mentio apud Porphyrium aliis quoque hujus vitae locis. Haec ejus scripta memorantur:

Περὶ τἀγαθοῦ

De bono:

Opus ab Origene laudatum, (126.) qui librum ejus tertium citat, et saepius ab Eusebio, (127.) qui ejus primum, (128.) secundum, (129.) tertium quintumque (130.) librum adlegat.

(124.) Erotianus, Praef. ad Lex. Hippocrat.

(125.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. II. Cap. 15. §. 37.

(126.) Origenes, Contra Cels. Lib. IV.

(127.) Eusebius, Praeparation. Evangelic. Lib. XI. Cap. 17. 21.

(128.) Idem, l. c. Lib. IX. Cap. 7. Lib. XI. Cap. 22. Lib. XV. Cap. 17.

(129.) Idem, l. c. Lib. XI. Cap. 9.

(130.) Idem, l. c. Cap. 22.

Περὶ ἀριθμῶν

De numeris:

Opus, cujus meminit Origenes. (131.)

Περὶ ἀφθαρσίας ψυχῆς

De animae incorruptibilitate:

Ab Origene ipso (132.) citatum: ὥσπερ παρὰ τῷ Χαιρωνεῖ Πλουτάρχῳ ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς, καὶ τῷ Πυθαγορείῳ Νου= μηνίῳ ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ ἀφθαρσίας ψυχης = Ut apud Chaeronensem Plutarchum in scriptis de anima, et Py= thagoreum Numenium in secundo de animae incorruptibili= tate = Ad opus hoc verisimiliter respexit Nemesius Nu= menium adlegans loco, quem retuli supra de Ammonio loquens.

περὶ τόπου

De loco:

Hujus quoque meminit Origenes, (133.) a quo etiam lau= dari legitur Numenii

Ἔποψ.

Epops:

(131.) Origenes, Contra Cels. Lib. IV.

(132.) Idem, l. c. Lib. V.

(133.) Idem, l. c. Lib. IV.

Sed apud eum pro ἐν τῷ καλουμένῳ Ἔποπι = in opere dicto Epops = legit Valesius (134.) ἐν τῷ καλουμένῳ ἐπόπτῃ in opere dicto Inspector, = atque opus ipsum haud distinguendum putat ab illo

Περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνος ἀποῤῥήτων

De Platonicis arcanis:

Cujus fragmentum servavit Eusebius. (135.)

Περὶ τῆς τῶν Ἀκαδημαϊκῶν πρὸς Πλάτωνα διαστάσεως

De Academicorum divortio a Platone:

Opus, cujus Eusebius (136.) itidem fragmenta servavit.

Εἰς τὸν Πλάτωνος Τίμαιον

In Platonis Timaeum:

In dialogum hunc scripsisse Numenium, sunt qui ex Proclo (137.) colligant.

Caput IV.

Μετὰ Ἀντωνίου τοῦ Ῥοδίου) Antonii Rhodii praeter Por=

(134.) Valesius, ad Euseb. Hist. Eccl. Lib. VI. Cap. 19.

(135.) Eusebius, Praep. Evang. Lib. XIII. Cap. 5.

(136.) Idem, l. c. Lib. XIV. Cap. 5. 6. 7. 8. 9.

(137.) Proclus, in Platon. Timaeum.

phyrium meminit Proclus (138) a quo discimus Ammonii i=
psum fuisse auditorem.

Περὶ τοῦ καλοῦ) Libri omnes Porphyrio in isto, et duobus
qui sequuntur capitibus memorati, denuo, cum aliqua in titulis
quibusdam differentia, ab eodem in tribus extremis hujus vitae
capitibus nominantur. Eos nunc primum memorans sequitur Por=
phyrius ordinem temporum, quibus scripti fuerunt; ipsos vero
in operis fine recensens materiarum ordinem sequitur.

Caput. V.

Ὧν τὸ μὲν περὶ τοῦ τὸ ἐπέκεινα τοῦ ὄντος μὴ νοεῖν,
καὶ τί τὸ πρώτως νοοῦν, καὶ τί τὸ δευτέρως· τὸ δὲ πε=
ρὶ τοῦ δυνάμει, καὶ ἐνεργείᾳ) Pessime vertit Ficinus: = Scri=
psit deinceps duos insuper alios, quorum alter quidem asserit
quod est superius ente, non intelligere. Alter vero distinguit
quid primo intelligat, quidve secundo. Scripsit etiam Librum:
= De eo quod est in potentia, quodve existit in actu. = Ubi ex
titulo libri unius duorum librorum titulos fecit non animadver=
tens quod in fine capitis ait Porphyrius, nempe τὰ πάντα (βι=

(138.) Idem, l.c. Lib. III.

βλία) γίνεται τεσσαράκοντα πέντε = omnes (libri) sunt quadraginta quinque. = Haec porro summa, libro careret, nisi Ficinus diligentia caruisset. Praeterea Porphyrius vigesimo quinto capite Plotini libri titulum repetit, Enneadis quintae libros recensens, nec titulus hic duos in Enneade ipsa, sed unum tantummodo locum tenet. Praeter quae, hoc ipso, de quo agitur, loco Porphyrii ἀντικειμενὰ verba τὸ μὲν, τὸ δὲ viro non prorsus negligenti errandi occasionem haud linquunt.

Caput VI.

Ἐν δὲ τῇ Σικελίᾳ διατρίβοντός μου) Siculae suae commorationis meminit quoque Porphyrius capitibus secundo, et undecimo hujus libri.

Caput VII.

Ἀμέλιόν τε) De Amelio inter Platonicos philosophos magni nominis viro consulendi Eusebius,(139.) Theodoretus,(140.)

(139.) Eusebius, Praep. Evang. Lib. XI. Cap. 18. 19.

(140.) Theodoretus, De Curat. Graec. affect. Lib. II.

Cyrillus Alexandrinus, (141.) Eunapius, (142.) Syrianus, (143.) Proclus, (144.) Stobaeus, (145.) Suidas, (146.) et Longinus in fragmento, quod capite hujus Vitae vigesimo profert Porphyrius. Scripsisse eum scimus:

Πρὸς τὰς τοῦ Πορφυρίου ἀπορίας

Contra Porphyrii dubitationes:

Opus hoc capite hujus Vitae duodevigesimo memorat Porphyrius ipsum vocans βιβλίον οὐ μικρὸν = librum non parvum. =

Πρὸς τὴν τοῦ Πορφυρίου ἀντιγραφὴν

Contra Porphyrii responsionem:

Scriptum hoc antecedenti successit, cui Porphyrius contradixerat. Memorat Porphyrius ipse loco citato.

Σχόλια

Commentaria:

(141.) Cyrillus Alexandrinus, Contra Julian. Lib. VIII.

(142.) Eunapius, vit. Sophist. in vita Porphyr.

(143.) Syrianus, Comment. ad Aristot. Metaphys.

(144.) Proclus, in Platon. Tim. Lib. I. II. III. IV. V. et in Rempubl.

(145.) Stobaeus, in Eclog.

(146.) Suidas, Lex. art. Ἀμέλιος.

Ex Scholasticis colloquiis eruta, centumque ferme in libros partita, ut ait Porphyrius tertio hujus operis capite.

Πρὸς τὰς τοῦ Ζωστριανοῦ Ἀποκαλύψεις
Contra Zostriani Revelationes:

Π. Operis istius meminit Porphyrius decimosexto libri hujusce capite.

Περὶ τῆς κατὰ τὰ δόγματα τοῦ Πλωτίνου πρὸς τὸν Νουμήνιον διαφορᾶς.

De differentia, quae inter Plotini, et Numenii dogmata intercedit: Memorat opus hoc vitae istius capite decimo septimo Porphyrius noster, qui dedicatoriam ejus epistolam sibimetipsi inscriptam eodem capite inseruit.

Ἀπὸ τῆς Τουσκίας) Amelius Tuscus a Porphyrio dictus, Apameensis a Suida (147.) adpellatur: Ἀμέλιος, Ἀπαμεὺς, φιλόσοφος = Amelius, Apameensis, philosophus =. = Sed sic solet noster lexicographus =, ait Toupius. (148.) Putat Meursius (149.) huic Suidae opinioni locum praebuisse illa Por=

(147.) Idem, l. c.

(148.) Toupius, Animadvers. in Longini fragment. V.

(149.) Meursius, Biblioth. Graec. Lib. I. art. Amelius.

phyrii verba = oscitanter nimis lecta = , ut ipse ait: Τελευτῶντι δὲ αὐτῷ ἐγὼ μὲν ὁ Πορφύριος ἐτύγχανον ἐν Λιλυβαίῳ διατρίβων, Ἀμέλιος δὲ ἐν Ἀπαμείᾳ τῆς Συρίας = Intereunte autem illo, ego quidem Porphyrius in Lilybaeo commorabar, Amelius vero in Apamea Syriae = Holstenius similiter censet, (150) Suidam Apameensem Amelium vocasse eo quod in Apamea versatus hic fuerit, et Justinum Hesychium Apameensem in filium adoptaverit. = Sed facilis hac in re lapsus, cum Apameae ut plurimum vixerit Amelius, atque docuerit: et Justinum Hesychium Apameensem, filium adoptivum reliquerit. = Est qui arbitretur Amelium ex Apamea originem duxisse, Hetruriam vero familiam ejus incolendam sumpsisse. Erravit Suidas, qui Amelium magistrum Porphyrii dixit, istumque Amelii discipulum. Ἀμέλιος, ait ille, (151.) Ἀπαμεὺς, φιλόσοφος, μαθητὴς Πλωτίνου, διδάσκαλος Πορφυρίου. = Amelius, Apameensis, philosophus, discipulus Plotini, magister Porphyrii: = et alibi: (152.) Πορφύριος... μαθητὴς Ἀμελίου τοῦ Πλω=

(150.) Holstenius, Diss. de Vita, et scrip. Porph. Cap. 6.

(151.) Suidas, Lex. art. Ἀμέλιος.

(152.) Idem, l. c. art. Πορφύριος.

τίνου μαθητοῦ = Porphyrius... discipulus Amelii discipuli Plotini =. = Mirum, inquit Holstenius, (153.) quam supinus hominis error, quem nec Porphyrium nec Eunapium unquam inspexisse jures: cum in Plotini vita disertim scriptum reliquerit, se Amelium Romae condiscipulum habuisse sexennium integrum. =

οὗ τὸ ὄνομα ἦν Γεντιλιανὸς τὸ κύριον) Patet error Cyrilli Alexandrini, (154.) qui Porphyrium adlegans duos ex Gentiliano Amelio viros confecit, alterum Amelium nomine, alterumque Gentilianum: Ἀμέλιος γοῦν ὁ Πλατωνικὸς, Πλωτίνῳ τε, καὶ Γεντιλιανῷ συνακμάσας κατὰ τὴν Ῥώμην· φησὶ γάρ οὕτω Πορφύριος περὶ αὐτῶν = Amelius igitur Platonicus, qui cum Plotino et Gentiliano Romae floruit: ita enim de ipsis inquit Porphyrius. =

Ἀπὸ τῆς ἀμερίας, ου ἤ τῆς ἀμελείας πρέπειν αὐτῷ καλεῖσθαι λέγων) Emendat Holstenius (155.) ἀπὸ τῆς ἀμερίας, οὐ τῆς ἀμελείας = ab ameria, non ab amelia =. Sed non animadvertit vir doctissimus particulam ἤ sumi etiam

---

(153.) Holstenius, Diss. de v. et scrip. Porph. Cap. 6.

(154.) S. Cyrillus Alexandrinus, Contra Julian. Lib. VIII.

(155.) Holstenius, Diss. de v. et scrip. Porph. Cap. 6.

ad significandum = potius quam =. Sic apud Homerum (156.)

Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, Ἢ ἀπολέσθαι

= Malo populum salvum esse, quam perire =

Haud recte vertit Ficinus: = Ipse vero se per literam R. Ame=rium nominari maluit ab Ameria, quam Amelium ab A=melia = Philosophus iste Amelii nomen refugit ἀπὸ τῆς ἀ=μελείας ductum, idest a negligentia.

₮ Σκευθοπολίτην Παυλῖνον) Paulinus iste haud differt verisimiliter ab illo, cujus meminisse putatur Eunapius (157.) Porphyrii συμφοιτητὰς recensens; Paulini enim nomen a=pud Eunapium ipsum pro nomine Aquilini reponendum autu=mant viri doctissimi Pearson, et Fabricius (158.)

Ὃν ὁ Ἀμέλιος Μίκκαλον προσηγόρευε) Miccalus no=men Musici cujusdam apud Aristotelem = ab exilitate ductum videri potest, ait Fabricius, (159.) perinde ut Paulinus, velu=ti qui solas minutias consectetur. = Miccali Musici men=tio apud Alexandrum Aphrodisiensem quoque (160.) ac

(156.) Homerus, Iliad. Lib. I. Vers. 117.

(157.) Eunapius, Vit. Sophist. in Vita Porph.

(158.) Fabricius, ad Porph. de vita Plot. Cap. 16. (159.) Idem, l. c. Cap. 7.

(160.) Alexander Aphrodisiensis, ad Aristotel. Analytic. prior.

ac Philoponum. (161.)

Καὶ Ἀλεξανδρέα Εὐστόχιον) Eustochius et ipse praeter Porphyrium Plotini scripta ordine disposuit, ut colligere licet ex verbis hisce, quae inter Plotini ejusdem opera nunc leguntur: ἕως τούτου ἐν τοῖς Εὐστοχίου τὸ δεύτερον περὶ ψυχῆς, καὶ ἤρχετο τὸ τρίτον. = Hucusque in editione Eustochii secundum de anima, et tertium incipiebat =

Ζωτικὸς) Zotici cujusdam alterius ab illo, de quo Porphyrius, meminit Lampridius. (162.)

Ζῆθον) Cujusdam Zethi meminit Alanus (163.) his versibus:

= Temporis excursus ut Caesar cogit, ut Atlas

Sidera perquirit, ut Zetus pondera librat. =

Ante Alanum ejusdem Zethi meminit Sidonius Apollinaris, (164.) cujus haec verba: = Ad hoc unica, singularisque doctrina, et in diversarum rerum assertione monstrabilis, cui moris est

---

Lib. I. et Metaphys.

(161.) Philoponus, Ad Aristot. Analyt. prior.

(162.) Lampridius, vit. Helogabali Cap. 10.

(163.) Alanus, Anti-Claudian. Lib. II.

(164.) Sidonius Apollinaris Epist. Lib. IV. Cap Ep. 3.

de singulis artibus cum singulis artificibus philosophari: quaeque si fors exigit, tenere non abnuit cum Orpheo plectrum, cum Aesculapio baculum, cum Archimede radium, cum Euphrate horoscopium, cum Perdice circinum, cum Vitruvio perpendiculum: quaeque nunquam investigare destiterit, cum Thalete tempora, cum Atlante sidera, cum Zeto pondera, cum Chrysippo numeros, cum Euclide mensuras. =

Ὡς καὶ εἰς τοὺς ἀγροὺς πρὸς αὐτὸν ἀναχωρεῖν πρὸ ἓξ σημείων Μιτούρνων ὑπάρχοντας) Plotini in Campania commorationem memorat praeter Porphyrium Julius Firmicus Maternus. (165.) = Nam ad collocandam sedem, ait ille, amoenum sibi Campaniae civitatis solum elegisse narratur, ubi semper aëris quieta moderatio cunctos incolas salubri vegetatione sustentat, ubi nec vis hyemis, nec flagrantis solis accessio, sed composita temperies ex utroque moderatur, ubi aegritudine aliqua laborantibus hominibus ingentium fontium calore, et fervescentium aquarum salutari fomento conciliata sanitas irrigatur. =

Οὓς Καστρίκιος ἐκέκτητο ὁ Φίρμος καλούμενος) Firmo Castricio Porphyrius quatuor suos libros inscripsit περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων = de abstinentia ab animatis =. Scripsisse

---

(165.) Julius Firmicus Maternus, Prooem. Mathes.

hunc Castricium:

Εἰς τὸν τοῦ Πλάτωνος Παρμενίδην, ἢ περὶ ἰδεῶν

In Platonis Parmenidem, sive de ideis:

Colligit Fabricius (166.) ex Photio, in quo (167.) cum Parmenides nominatus fuerit Firmi cujusdam, et Galeni notiones de eodem, ut videtur, dialogo, memorantur.

Μάρκελλος Ὀρρόντιος) Marcellus ille, cujus hic meminit Porphyrius non alius ab illo putatur, cui opus suum περὶ τέλους = de fine = inscripsit Longinus, ut patet ex capite hujus vitae vigesimo.

Ῥογατιανὸς) Rogatiani meminit etiam Porphyrius in opere de abstinentia ab animatis. (168.)

Σεραπίων Ἀλεξανδρεὺς) Serapionum variorum Catalogus occurrit apud Fabricium. (169.)

Caput VIII.

Μεταβαλεῖν) Vocem istam male reddit Ficinus = respicere =.

(166.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. III. Cap. 1. §. 9.

(167.) Photius, Biblioth. Cod. CCXLII.

(168.) Porphyrius, De abstin. ab animat. Lib. I.

(169) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. V. Cap. 21. §. 26.

Τὸ γραφὲν μεταβαλεῖν, valet hic = jam scripta emendare, in melius vertere. =

Οὔτε τῆς ὀρθογραφίας φροντίζων, ἀλλὰ μόνον τοῦ νοῦ ἐχόμενος) Errorum, quos Plotinus committere solebat pronuncians, scribensve voces quasdam meminit et infra Porphyrius Capite decimo tertio.

Caput IX.

Ἔσχε δὲ καὶ γυναῖκας σφόδρα προσκειμένας) Capitis hujusce pars ad historiam pertinet mulierum philosopharum. Hanc dedit aetate jam progressus vir celebris Aegidius Menagius. Prodiit istius opusculum sub titulo: = Historia Mulierum Philosopharum. = Fuit qui auctoris senium libellum hunc inquiit referre, (170.) at judicium hujuscemodi improbat, malignumque vocat Fabricius. (171.) Praeter mulieres philosophas ab hoc auctore notatas omittit Menagius Marcellam Porphyrii conjugem, de qua apud Cyrillum Alexandrinum ipse loquitur Porphyrius, (172.) quem librum ei scripsisse legimus in Eunapio.

(170.) M. de Vigneul Marville, Melanges historiq. et litter.

(171.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 19. §. 3. in not.

(172.) S. Cyrillus Alexandrinus, Contra Julian. Lib. VI.

(173.) Marcellam hanc filiam Toupius (174.) fuisse suspicatur Marcelli illius Orontii de quo Noster supra Capite septimo. Mulierum eruditarum Catalogum scripsit Tiraquellus; Centuriam foeminarum eruditarum Christianus Juncker. E veteribus, Apollonius quidam Stoicus, ut in Photio (175.) cernimus scriptum confecit, cui titulus: ὅσαι γυναῖκες ἐφιλοσόφησαν = Quae mulieres philosopharint = ; atque Anonymus ut e Photio ipso (176.) discimus scripsit eclogas περὶ τῶν εἰς μέγα δόξης, καὶ ὄνομα λαμπρὸν ἀρθεισῶν γυναικῶν = De mulieribus ad gloriae magnitudinem clarum nomen elatis.= Collectio Heroidum sive mulierum Pythagoricarum συναγωγὴ Ἡρωΐδων, ἤτοι Πυθαγορείων γυναικῶν Philochoro auctore a Suida memoratur. (177.) Charon Chartaginiensis, qui Vitas scripserat illustrium virorum, vitas quoque mulierum quatuor libris exposuerat, teste Suida. (178.) De illustrium

(173.) Eunapius, Vit. Sophist. in V. Porphyr.

(174.) Toupius, Animadversion. in Longin. Fragmen. V.

(175.) Photius, Biblioth. Cod. CLXI. (176.) Idem, l. c.

(177.) Suidas, Lex. art. Φιλόχορος.

(178.) Idem, l. c. art. Χάρων Καρχηδόνιος.

foeminarum nonnullis agit Plutarchus in opere de virtute mulierum.

Ἀμφίκλειαν τε τὴν Ἀρίστωνος τοῦ Ἰαμβλίχου υἱοῦ γεγονυῖαν γυναῖκα) Locus iste Porphyrii valde est ambiguus. Si verba τοῦ Ἰαμβλίχου υἱοῦ = Jamblichi filii = sejungantur ab Ἀρίστωνος = Aristonis =, ita est ille reddendus: = Amphicliamque Aristonis filiam, Jamblichi filii uxorem =. Sin vero simul ea verba jungantur, locus ita vertendus: = Amphicliamque uxorem Aristonis filii Jamblichi = Priori modo locum intellexit Ficinus, qui vertit = Amphiclia quoque Aristonis filia et filii Jamblichi uxor. = Menagius (179.) non aliter ac Ficinus locum accepit. = Amphichia: Aristonis filia: ita ille, uxor filii Jamblichi. Porphyrius ibidem. Fuit Jamblichus ~~Por~~ Porphyrii discipulus, qui discipulus fuit Plotini et Longini. = Posteriori modo locum intellexit Fabricius, (180.) qui Porphyrii locum ita reddi voluit: = Amphiclea quoque Aristonis, qui Jamblichi filius erat, uxor: = addens: = Jamblichum hunc antiquiorem ac diversum intellige a celebri Philosopho Por=

(179.) Menagius, Hist. Mulier. Philosoph. segm. 48.

(180.) Fabricius, ad Porph. de V. Plot. Cap. 9.

phyrii discipulo = Ipse tamen tertio graecae suae Bibliothecae libro de Amphiclia loquens eam vocaverat = Aristonis filiam, filii Jamblichi uxorem =, et libro quarto varios Jamblichos recensens Jamblichi illius non meminit, quem hic Porphyrius nominat, quique sua sententia differt a celebri hujusce nominis Philosopho Porphyrii discipulo.

Ποτάμων) Alius a Potamone, cujus hic meminit Porphyrius fuit Potamon Alexandrinus eclecticae sectae auctor caput, de quo Suidas, (181.) et Laertius. (182.) Fuit etiam Potamon quidem Rhetor Mitylenaeus, cujus praeter Suidam (183) meminerunt Strabo, (184.) et Hesychius Milesius (185.) ita scribens: Ποτάμωνα τὸν Μιτυληναῖον ῥήτορα εἰς τὴν πατρίδα ἐπανιόντα ποτὲ, ὁ Καῖσαρ Τιβέριος τοιούτοις ἐφοδίαζε γράμμασι. Ποτάμωνα τὸν Λεσβώνακτος εἴ τις ἀδικεῖν τολμήσοι, σκεψάσθω εἴ μοι δυνήσεται πολεμεῖν = Pota=

(181.) Suidas, Lex. art. ποτάμων Ἀλεξανδρεύς.

(182.) Diogenes Laertius, Prooem. ad op. de vit. dog. et apoph. Cl. Phil. segm. 21. (183.) Suidas, Lex. art Ποτάμων Μιτυληναῖος.

(184.) Strabo, Geograph. Lib. XIII.

(185.) Hesychius Milesius, De viris Doctrina Clar. art. Ποτάμων.

monem Mitylenaeum Rhetorem patriam quondam remeantem Ti=berius Caesar istis litteris tamquam viatico instruxit. Potamo=nem Lesbonactis filium si quis laedere auserit, consideret an mecum pugnare valeat.= Potamonis cujusdam Medici mentio est apud Galenum. (186.)

οὐδένα τῶν πολιτικῶν) Haud recte Ficinus = Nullum.... civium = Πολιτικοί, ut bene monet Fabricius, (187.) non cives simpliciter, sed illi sunt qui Reipublicae gerendae curam habent.

Caput X.

Ὀλύμπιος Ἀλεξανδρεὺς) Suspicatur Fabricius (188.) quemdam ex posteris Olympii Alexandrini, cujus hic meminit Porphyrius fuisse Olympium illum, de quo Sozomenus. (189)

Αἰγύπτιος γάρ τις ἱερεὺς) Sacerdos hic Aegyptius, ex Fabricii (190.)

(186.) Galenus, Medicam. secundum gen. Lib. II.

(187.) Fabricius, ad Por. de V. Plot. Cap. 9.

(188.) Idem, l. c. Cap. 10.

(189.) Sozomenus, Hist. Eccles. Lib. VII. Cap. 15.

(190.) Fabricius, ad Porph. de V. Plot. Cap. 10.

conjectura est Anebo ille, cui epistolam scripsit Porphyrius Eu=sebio, (191.) Augustino, (192.) Theodoreto, (193.) et Proclo (194.) memoratam. Ab Aegyptio quodam institutum se profitetur Por=phyrius ipse. (195.)

Τοῦ συνόντος αὐτῷ οἰκείου δαίμονος) Genium, quem familiarem sibi Plotinus habuisse ferebatur, memorat prae=ter Porphyrium Ammianus Marcellinus (196.) loco illo insigni, quem hic adduco: = Itidem ex sempiternis Homeri carminibus intelligi datur, non Deos caelestes cum viris fortibus collocutos, nec adfuisse pugnantibus, vel juvisse, sed familiares genios cum iisdem versatos, quorum adminiculis freti praecipuis Pythago=ras enituisse dicitur, et Socrates, Numaque Pompilius, et su=perior Scipio: et ut quidam existimant, Marius, et Octa=vianus, cui Augusti vocabulum delatum est primo: Hermes=que Termaximus, et Tyaneus Apollonius, atque Plotinus au=

(191.) Eusebius, Praep. Evang. Lib. III. Cap. 3. 4. L. V. C. 7. 9. 10. L. XIV. C. 9.

(192.) S. Augustinus, De Civ. Dei Lib. X. Cap. 11.

(193.) Theodoretus, De Cur. Graec. affect. Lib. I. et III.

(194.) Proclus, ap. auctor. Schol. Jamblicho de myst. Aegypt. praemis.

(195.) Porphyrius, De abstinen. ab animat. Lib. II.

(196.) Ammianus Marcellinus, Hist. Lib. XXI. Cap. 14.

sus quaedam super hac re disserere mystica, alteque monstrare, quibus primordiis hi genii, animis connexi mortalium, eas tam= quam gremiis suis susceptas tuentur, quoad licitum est, do= centque majora, si senserint puras, et a colluvione peccandi immaculata corporis societate discretas.= Ubi pro = eas tam= quam gremiis suis =, legebatur = castamque gremiis suis.= Er= rorem hunc emendavit Valesius (197.) Sunt qui post voces = quo= rum adminiculis = legunt statim = praecipuis = verbum = freti = omit= tentes. Inter jactatos genios Ammiano memoratos loco, quem retuli celeberrimus est ille Socratis, quem fortasse philoso= phum imitandum sumpsit Plotinus genio se familiari prae= ditum dicens. Socratis genium praeter Ammianum, et Laer= tium auctores plurimi memorarunt, quorum aliquos recen= set Menagius. (198.)

Καὶ βιβλίον γραφὲν περὶ τοῦ εἰληχότος ἡμᾶς δαίμονος) Plotini librum de eo qui nos sortitus est daemone memo= rat etiam Porphyrius capitibus hujus vitae quarto, et vi=

(197.) Valesius, ad Ammian. Marcellin. l. c.

(198.) Menagius, Observ. et Emend. in Diog. Laert. Vit. So= cratis Lib. I. segm. 32.

gesimo quarto.

Κατὰ Νουμηνίαν) Neomenia, sive Numenia definitur ab Hesychio Lexicographo: ἡ πρώτη τῆς σελήνης ἡμέρα = Prima lunae dies =; (199.) a Suida (200.) autem: ἡ τοῦ μηνὸς ἀρχὴ = Mensis initium. = Neomeniae dies solemnis fuit apud nationes plurimas, inter quas graeca. Conferantur Athenaeus; (201.) Demosthenes; (202.) Eustathius; (203.) Helladius apud Photium, (204.) ubi de Comicis servorum nominibus sermo est; Vita Homeri Herodoto tributa; Libanius; (205.) Lucianus; (206.) Plutarchus; (207.) Scholia minora ad Homerum; (208.) Theophrastus; (209)

(199.) Hesychius, Lex. art. Νεομηνία. (200.) Suidas, Lex. art. Νουμηνία.

(201.) Athenaeus, Deipnos. Lib. XII.

(202.) Demosthenes Orat. 1. in Aristogiton.

(203.) Eustathius, ad Homer. Odyss. Lib. XX. XXI.

(204.) Helladius, Chrestomath. ap. Phot. Biblioth. Cod. CCLXXIX.

(205.) Libanius, Declamat. VIII.

(206.) Lucianus, Icaromenip. sive Hyperneph. et Lexiph.

(207.) Plutarchus, Quaest. Roman. et de vitando aere alieno.

(208.) Scholia minora ad Homer. Odyss. Lib. XX.

(209.) Theophrastus, Character. Cap. 4.

Fasold; (210) et Meursius. (211.) Proclus etiam non Ame=lio minor Neomenias celebrare solebat teste Marino, (212.) cujus haec verba: Τὰς νουμηνίας λαμπρῶς ἐπετέλει, καὶ ἱεροπρεπῶς. Καὶ τὰς παρὰ πᾶσι δὲ, ὡς εἰπεῖν ἐπισή=μους ἑορτὰς κατὰ τὰ παρ' ἑκάστοις πάτρια δρῶν ἐν=θέσμως διετέλεσε. = Neomenias splendide, et pro sanctita=tis convenientia celebrabat. Permansitque legitime agens festa apud quosque, ut ita dicam, culta, juxta patrios quorumcum=que ritus.=

Καὶ τὰς ἑορτὰς) De festis περὶ ἑορτῶν scripserat Phi=lochorus, ut discimus ex Harpocratione. (213.) Memoratur a Stephano Byzantino (214.) Abron περὶ ἑορτῶν, καὶ θυ=σιῶν γεγραφὼς = qui de festis, et sacrificiis scripsit =: ab A=lexandro autem Aphrodisiense (215.) adlegatur Proclus ἐν τῇ

(210.) Fasold, Graecorum veter. Ἱερολογ. Decade

(211.) Meursius, Graec. Feriat. Lib. V. art. Νουμηνία.

(212.) Marinus, Vit. Procli Cap. 19.

(213.) Harpocratio, Lex. art. Ἀλῶα, Χύτροι.

(214.) Stephanus Byzantinus, De Gent. art. Βατή.

(215.) Alexander Aphrodisiensis, Comment. in Elench. Sophist.

τῶν ἑορτῶν ἀπαριθμήσει = in festorum enumeratione = . De fe=stis περὶ ἑορτῶν Teophrastus quoque librum unum conscripserat teste Laertio. (216.) De Lacedaemoniorum festis περὶ τῶν ἐν Λα=κωσιν ἑορτῶν scripsit Pausanias Lacon, teste Suida; (217.) de Atticis festis περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἑορτῶν Lysima=chides, ut in Ammonio Grammatico (218.) cernimus juxta do=ctissimum Valckenar, qui sic apud Ammonium legit, pro περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ῥητόρων = De Rhetoribus Atticis =; at sententiam ejus improbat Toupius. (219.) Revera tamen Ly=simachidem citat Harpocratio ἐν τῷ περὶ ταῖς Ἀθήνησι ἑορ=τῶν, καὶ μηνῶν = in scripto de festis, et mensibus Athena=rum. = (220.) E recentioribus de Graecorum festis scripsere Joannes Fasold, cujus habetur Graecorum veterum Ἱερολογία = Hiero=logia =, sive opus de Gentilium Graecorum sacris; Petrus Castellanus, cujus extat Ἑορτολογίον = Heortologium, = sive li=ber de Festis Graecorum; Joannes Meursius, qui post Fasold

---

(216.) Diogenes Laertius, in Vita Theophrasti Lib. V. segm. 47. (217.) Suidas, Lex. art. Παυσανίας Λάκων. (218.) Ammonius Gram=maticus, de Diff. verb. art. θεωρὸς. (219.) Toupius, Animadversion. in Longin. de Sublim. Sect. I. (220.) Harpocratio Lex. art. μαι=

sex libros edidit = Graeciae feriatae, sive de festis Graecorum =; et Joannes Jonston, cujus publici juris est = De festis Graecorum Schediasma =

Caput XI.

Ἐγὼ εἰς Σικελίαν ἀφικόμην) Siculae Porphyrii commorationis meminerunt praeter Eunapium (221.) Hieronymus, (222.) qui Eusebium scripsisse dicit = contra Porphyrium, qui eodem tempore scribebat in Sicilia = et Eusebius ipse, (223.) qui ὁ καθ' ἡμᾶς, ait, ἐν Σικελίᾳ καταστὰς Πορφύριος συγγράμματα καθ' ἡμῶν ἐνστησάμενος = Porphyrius qui nostro tempore in Sicilia moratus est, et adversus nos scripsit.= Hieronymus (224.) ait etiam Rufinum innuens = Scorpiusque inter Enceladum, et Porphyrium Trinacriae humo

---

μακετηριὼν, μεταγειτνιὼν, σκίρον.

(221.) Eunapius, Vit. Soph. in V. Porph.

(222.) S. Hieronymus, Catal. Script. Ecclesiast.

(223.) Eusebius, Hist. Eccl. Lib. VI. Cap. 19.

(224.) S. Hieronymus, Praef. ad Comment. in Ezechiel.

premitur.=

Πρόβον) Probum illum, quem Porphyrius hic nominat Constantinus etiam Lascaris memorat in libello = De Scriptoribus graecis patria Siculis = inscripto Ferdinando Acuna Siciliae Proregi: = Probus. vir doctissimus ex Lilybaeo, ad quem videndum et audiendum venerat Porphyrius ille. = Nescio tamen cur Scriptoribus, iisque Siculis eum connumeret Lascaris, cum Porphyrius neque scripsisse ipsum dicat, neque Siculum vocet, sed tantum, virum adpellet ἐλλόγιμον = doctum = et in Lilybaeo versatum fuisse referat eo tempore, quo ipse in Siciliam profectus est.

Ἐξάγειν ἐμαυτὸν διανοουμένου τοῦ βίου) Quod hic ~~de~~ de se ipso narrat Porphyrius refert etiam de Porphyrio Eunapius, (225.) addens Plotinum ea, quae Porphyrio loquutus fuerat libro complexum esse. Liber hic Fabricio (226) judice fuit περὶ προνοίας ά = de providentia primus = cujus meminit Porphyrius capitibus hujus Vitae sexto, et vigesimo quarto, quique secundus est tertiae Enneadis. Plo=

(225.) Eunapius, Vit. Soph. in V. Porph.

(226.) Fabricius, ad Porph. de V. Plot. Cap. 11.

tinum sibi hunc in Siciliam misisse narrat Porphyrius sexto istius libri capite. Libro illo ostendendum curat Plotinus felicitate hoc quoque mundo gaudere animos posse, nec aerumnis, asperaeque sorti victas dandas manus, sed strenue iniqua fata oppugnanda ad praemia virtutis adsequenda.

Caput XII.

Φιλοσόφων τινὰ πόλιν) Suspicatur Antonius Pagi (227) de iis, quae hic refert Porphyrius, Plotinum rogasse Gallienum in Imperatoris hujusce decennalibus.

Caput XIII.

Πῶς ἡ ψυχὴ σύνεστη τῷ σώματι) De animae, et corporis conjunctione agit Plotinus secundo quartae Enneadis libro cujus meminit Noster supra capite quarto, et infra capite vigesimo quinto.

Caput XIV.

(227.) Pagi, Crit. Baron.

Εἴτε Σεβήρου εἴη) Scripsisse Severum Platonicum:

Εἰς τὸν Πλάτωνος Τίμαιον

In Platonis Timaeum:

Est qui ex Proclo (228.) colligat. Ejus

Περὶ ψυχῆς

De anima:

Fragmentum servavit Eusebius. (229.)

Εἴτε Κρονίου) Cronii meminit Longinus in fragmento, quod refert Porphyrius capite hujusce operis vigesimo

Ἢ Γαΐου) Scripsit Cajus:

Ὑπόμνημα εἰς Πλάτωνα

Commentarium in Platonem:

Ut discimus ex Anonymo auctore brevis cujusdam scripti de artium, ac disciplinarum inventoribus, praecipuisque earum cultoribus, quod erutum e Codice Coisliniano vulgavit Montfaucon, ac denuo edidit Fabricius: (230.) Ἐν δὲ τῇ Φιλοσοφίᾳ ἔπρεψαν, Πλάτων, Ἀριστοτέλης ὁ τούτου μαθη=

(228.) Proclus, in Platon. Tim.

(229.) Eusebius, Praep. Evang. Lib. XIII. Cap. 17.

(230.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. V. Cap. 39. §. 3.

τῆς, ὧν τὸν μὲν Πλάτωνα ὑπομνηματίζουσι πλεῖστοι· χρησι=
μώτεροι δὲ Γαΐος, Ἀλβῖνος, Πρισκιανὸς = In Philosophia cla=
ruerunt, Plato, Aristoteles hujusce discipulus; quorum Platonem
quidem plurimi commentariis illustrant: utiliores vero Cajus, Al=
binus, Priscianus. = Cajum Platonicum memorat etiam Proclus,
(231.) et Galenus, qui ejus discipulum audivit...

Ἡ Ἀττικοῦ) De Attico Platonico videndi Eusebius, (232.)
Proclus, (233.) Syrianus, (234.) Stobaeus, (235.) Syncellus. (236.)
Scripsit ille:

Εἰς τὸν Πλάτωνος Φαῖδρον

In Platonis Phaedrum:

Ut colligo ex Proclo, (237.) a quo Atticus vocatur τὸν φαῖ=
δρον ἐξηγούμενος = Phaedrum interpretatus. =

(231.) Proclus, ad Plat. Tim. Lib. II.

(232.) Eusebius, Praep. Evang. Lib. XI. C. 1. 2. Lib. XV. C. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 12.

(233.) Proclus, ad Plat. Tim. Lib. I. II. III. V.

(234.) Syrianus, ad Aristot. Metaphys.

(235.) Stobaeus, in Eclog.

(236.) Syncellus, Chronograph.

(237.) Proclus, ad Plat. Tim. Lib. V.

πρὸς Ἀριστοτέλην διενεχθέντα Μωσῇ, καὶ Πλάτωνι

Contra Aristotelem a Moyse, et Platone discrepantem:

Hunc vel huic simile titulum habuit opus istud, cujus fragmenta servavit Eusebius.

Τά τε Ἀσπασίου) De Aspasio conferantur e veteribus Boethius, Alexander Aphrodisiensis, (238.) Galenus, (239.) Simplicius; (240.) e recentioribus vero Conringius, Labbè (241.) atque Fabricius. (242.)

Καὶ Ἀλεξάνδρου) Alexandri Peripatetici duo fuere alter Damascenus, Aphrodisiensis alter. De ambobus consulendus Fabricius. (243.)

Ἀδράστου τε) Adrastus ille, quem hic memorat Porphyrius est Fabricio (244.) judice Adrastus Aphrodisiensis, qui

---

(238.) Alexander Aphrodisiensis, ad Arist. Metaph. et de sensu.

(239.) Galenus, De libris propr. cap. 11.

(240.) Simplicius, ad Aristot. Phys. et de Coelo

(241.) Labbè, Biblioth. Nov. Manuscript. Librorum.

(242.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. III. Cap. 6. §. 29. in not.

(243.) Idem, l. c. Cap. 4. §. 3. cap. 11. Lib. IV. Cap. 25. §. 1.

(244.) Idem, l. c. Lib. III. Cap. 11.

scripsit:

ς) σ Περὶ τῆς τάξεως τῆς Ἀριστοτέλους φιλοσοφίας

De ordine philosophiae Aristotelis:

Opus Simplicio (245.) citatum. Vocatur ab illo Adrastus ἀνὴρ τῶν γνησίων Περιπατητικῶν γεγονὼς = vir ex legitimorum Peripateticorum numero. =

Περὶ τῆς τάξεως τῶν Ἀριστοτέλους συγγραμμάτων

De ordine scriptorum Aristotelis:

Scriptum hoc ab eodem Simplicio (246.) adlegatum, haud fortasse ab antecedenti diversus fuit, vel ejus olim partem constituit.

Εἰς τὰς Ἀριστοτέλους κατηγορίας

In Aristotelis Categorias:

Ad illum, de quo loquor Adrastum verisimiliter hoc opus spectat Galeno (247.) memoratum, ut et illud:

Εἰς τὸν Τίμαιον

In Timaeum:

(245.) Simplicius, ad Aristot. Categorias

(246.) Idem, ad Aristot. Phys.

(247.) Galenus, De libris propriis.

Laudatum a Porphyrio. (248.)

Ἁρμονικῶν βιβλία γ'.

Harmonicorum Libri III.

Manuscripti extant, ut testatur Scipio Tettus sub Adrasti Peripatetici nomine. Adrastus περί τε ἁρμονίας, καὶ συμφωνίας διεξιὼν = qui de harmonia egit, et symphonia ^egit. citatur a Theone Smyrnaeo. (249.) Adrastus Aphrodisiensis memoratur etiam ab Achille Tatio, (250.) Adrastus quidam a Proclo, (251.) Adrastus Mathematicus a Claudiano Mamerto, (252.) qui non aliter ac Proclus ad Aphrodisiensem Adrastum Peripateticum verisimiliter respexit.

Λογγίνου) De vita, doctrina, et ingenio Cassii Dionysii Longini Critici celeberrimi, maximique fama philosophi saeculi tertii repetere futile esset jam dicta a Ga=

(248.) Porphyrius, in Ptolem. Harmon.

(249.) Theo Smyrnaeus, De quatuor Mathematicis disciplinis.

(250.) Achilles Tatius, Isag. ad Arat. Cap. 16.

(251.) Proclus, ad Plat. Tim. Lib. III.

(252.) Claudianus Mamertus, De statu animae Lib. I. Cap. 25.

briele de Petra, le Fevre, (253.) Langbaine, (254.) Hudson, Jonsio, (255.) Tillemont, (256.) Fabricio, (257.) Gori, (258.) ac post eos omnes Petro Joanne Schardam. (259.) Longini igitur scripta, eaque ipsi tributa hic mihi notasse sufficiat. Haec autem illa sunt, quae sequuntur Alphabetico ordine digesta:

Λόγοι ἈΓΩΝΙΣΤΙΚΟΙ

Orationes Agonisticae:

Has scripsisse Longinum colligere quis poterit ex Andreae Schotti versione Photiani hujus loci: (260.) ἐπὶ Κλαυδίου δὲ οὗτος (Λογγῖνος) ἤκμαζε, καὶ τὰ πολλὰ συνηγωνίζετο Ζη=

(253.) Le Fevre, Prolegom. in Longin.

(254.) Langbaine, in Vita Longini.

(255.) Jonsius, De Script. Hist. Philos. Lib. III. Cap. 14.

(256.) Tillemont, Hist. des Empereurs Emper. Aurelien art. 16.

(257.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 31. §. 9.

(258.) Gori, Prefaz. al Trattato del Sublime di Longino.

(259.) Schardam, Dissertat. Philolog. De vita, et Scriptis Longini.

(260.) Photius, Biblioth. Cod. CCLXV.

νοβίᾳ τῇ τῶν Ὀσροηνῶν βασιλίδι τὴν ἀρχὴν κατεχού=
σῃ, Ὀδαινάθου τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς τετελευτηκότος. Quae
ita Schottus vertit: = Claudio imperante floruit (Longinus), cau=
sasque plurimas egit, Zenobia Osroënorum regina imperium
tenente, mortuo jam Odenatho marito. = Ast ni fallor συ=
νηγωνίζετο Ζηνοβίᾳ valet = una cum Zenobia operam
impendit. = Eodem sensu verbum συναγωνίζομαι reperi=
tur apud Demosthenem, et Josephum Libro Archaeologiae XII. sub
capitis II. initium.

Περὶ τῆς ἈΝΤΙΜΑΧΟΥ ποιήσεως

De Antimachi poesi:

Dionysii Phaselitae opus, quod laudat auctor Vitae Ni=
candri; ac Langbaine, qui Dionysii nomine nititur Cassio Dio=
nysio Longino tribuit. Ejus vero sententiam haud ample=
ctitur Fabricius, (261.) penitusque improbat Schardam. (262.)

ἌΠΟΡΑ

Impossibilia:

Opus Dionysii cujusdam adlegatum in minoribus ad Home=

(261.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 31. §. 9. 12.

(262.) Schardam, Diss. Philol. De V. et Script. Longini §. 14.

rum Scholiis, (263.) atque Longino adscriptus a Langbaine de cujus sententia Fabricius, (264.) et Schardam (265.) non aliter sentiunt, ac de illa ejusdem Langbaine opinione senserunt, quae ad opus pertinet supra memoratum.

Περὶ ἈΡΧΩΝ

De Principiis.

Memorat hoc ipso capite Porphyrius, qui et ipse scripsit περὶ ἀρχῶν = de principiis = opus Suidae (266.) memoratum, et Proclo. (267.) Opus hoc Holstenio (268) judice scripserat Porphyrius ad Origenis, et Longini imitationem, = quod utriusque libros περὶ ἀρχῶν non satis probari videret. =

Τίνα παρὰ τὰς ἱστορίας οἱ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΙ ὡς ἱστορικὰ ἐξηγοῦνται

(263.) Scholia minora ad Homerum, Il. Lib. II. vers. 308.

(264.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 31. §. 12.

(265.) Schardam, Diss. Philol. de V. et Script. Longini §. 14.

(266.) Suidas, Lex. art. Πορφύριος.

(267.) Proclus, in Theolog. Plat. Lib. I. Cap. 11.

(268.) Holstenius, Diss. de V. et Script. Porphyrii Cap. 10.

Quaenam praeter historias, ut historica Grammatici exponant: Memoratur a Suida, (269.) qui, ut notat Schardam, (270.) aliud etiam huic simile laudat Caecilii opus, cui titulus: Περὶ τῶν καθ' ἱστορίαν, ἢ παρ' ἱστορίαν εἰρημένων τοῖς ῥήτορσι = De rebus juxta historiam, vel praeter historiam a Rhetoribus dictis. =

Περὶ ἘΘΝΙΚΩΝ

De Gentilibus:

Ὅσοι ἐθνικῶν, verba sunt Anonymi auctoris commentatiunculae de artium, et disciplinarum inventoribus, praecipuisque cultoribus, supra jam adlegatae, Ὠρίων Θηβαῖος, Μητρόδωρος, Φιλόξενος, Λογγῖνος = Qui de Gentilibus scripserunt, Orion Thebanus, Metrodorus, Philoxenus, Longinus =. Ubi Schardam, et Toupius (271.) legunt ὅσοι περὶ ἐθνικῶν. Fabricius hujus operis haud meminit in Catalogo scriptorum Longini.

(269.) Suidas, Lex. art. Λογγῖνος.

(270.) Schardam, Diss. Philol. De V. et Script. Longini §. 14.

(271.) Toupius, ~~Anim.~~ Animadver. in Long. Fragment. VIII.

ἘΠΙΣΤΟΛΑΙ

Epistolae:

Suae cujusdam epistolae πρὸς τὸν Ἀμέλιον =ad Amelium= meminit Longinus ipse apud Nostrum capite hujus Vitae vigesimo. Epistolae alterius ad Porphyrium fragmentum hic ipse inseruit operis istius capite undevigesimo. Epistolam innuens, quam Aureliano Palmyram obsedenti misit Zenobia, inquit Vopiscus (272.) = Quem quidem (Longinum) Aurelianus iccirco dicitur occidisse, quod superbior illa epistola ipsius diceretur dictata consilio quamvis Syrio esset sermone contexta. =

Εἰς τὴν ῥητορικὴν ἙΡΜΟΓΕΝΟΥΣ

In Hermogenis rhetoricam:

Nonnullae Hermogenis enarrationes excerptae ex Longino, Iamblicho, Syriano, Simplicio, aliisque memorantur a Lambecio, (273.) Nesselio, (274.) Fabricio, (275.) et Schardam

---

(272.) Fl. Vopiscus, in Vita Aureliani Cap. 30.

(273.) Lambecius, Commentar. de Biblioth. Vindobon. L. VII.

(274.) Nesselius, Catal. Biblioth. Vindobon. Par. IV.

(275.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 31. §. 6. 12.

(276.) tamquam in Vindobonensi Bibliotheca existentes: sed quae ibi e Longino excerpta reperiuntur nisi spuria sint ad artem ejus rhetoricam fortasse pertinent, de qua sermo erit infra.

Σχόλια εἰς τὸ τοῦ ἩΦΑΙΣΤΙΩΝΟΣ ἐγχειρίδιον

Scholia in Hephaestionis Manuale:

Extant in Codicibus Manuscriptis, ac edita ex ipsis habentur fragmenta quaedam. Ad ea respexit Scholiastes Hermogenis, cum ait: μέτρου πατέρα τὸν ῥυθμόν φησιν ὁ Λογγῖνος = metri patrem rhythmum vocat Longinus =. Ita legendum, ut bene monent Schardam, (277.) et Toupius (278.) pro μέτρου πνεῦμα = metri spiritum = Ait reapse Longinus ipse: (279.) μέτρου δὲ ΠΑΤΗΡ ῥυθμὸς, καὶ Θεὸς = metri pater rhythmus, et Deus. =

Περὶ τῶν ἸΔΕΩΝ πρὸς Πλωτῖνον

De Ideis contra Plotinum:

Ita vel paulo aliter inscriptum fuit Longini opus, cujus

(276.) Schardam, Diss. Philol. de V. et Script. Longini §. 14.

(277.) Idem, l. c.

(278.) Toupius, Animadvers. in Long. Fragment. III.

(279.) Longinus, Prolegom. ad Hephaestion. Enchirid. art. 1.

meminit ipse apud nostrum capite vigesimo hujus Vitae.

Περὶ τῶν ἸΔΕΩΝ πρὸς Πορφύριον

De Ideis contra Porphyrium:

Memorat loco citato Longinus ipse. Sed an hoc opus a superiore distinguendum, quod faciunt docti, non satis patere puto. Ad Longini scripta de ideis respexit forte Syrianus, cum ait in Manuscripto ad Aristotelis Metaphysica commentario: οὔτε τοῖς λεκτοῖς τοῖς πολυθρυλλήτοις ἀνάλογον τῷ νῷ παρυφίσταται, ὡς ἠρεῖτο Λογγῖνος πρεσβεύειν. Οὐδὲν γὰρ ὅλως παρυφίσταται τῷ νῷ, εἴπερ ἀνούσιόν ἐστι τὸ παρυφιστάμενον. Πῶς δ' ἂν τὸ αὐτὸ νοητόν τε εἴη, καὶ παρυφίσταιτο; Οὐ μὴν οὐδὲν νοήματα εἰσὶ παρ' αὐτοῖς αἱ ἰδέαι, ὡς Κλεάνθης ὕστερον εἴρηκεν, οὐδ' ὡς Ἀντωνῖνος μιγνὺς τὴν Λογγίνου, καὶ Κλεάνθους δόξαν.

ΚΡΙΤΙΚΑ

Critica:

Opus Dionysii cujusdam Laertio (280) citatum. Longini scriptis illud connumeravit Langbaine; at Laertius potuit ad Dionysium Halicarnasseum respicere, ut eum fecisse suspi=

(280) Diogenes Laertius, in Vita Thaletis Lib. I. segm. 38.

cantur Isaacus Casaubonus, (281.) et Fabricius; (282.) ac praeterea, ut inquit Schardam, (283.) = falsum est, quod dicitur, Longinum per temporis rationes a Diogene commemorari potuisse. Nam Diogenes, quâcunque demum aetate vixit, certè ante Longinum vixit. = Est qui dubitet, an in Laertio legendum sit ἐν Κρητικοῖς = in Creticis =, sive ἐν Χρονικοῖς = in Chronicis =, pro ἐν Κριτικοῖς = in Criticis =.

ΛΕΞΕΙΣ Ἀντιμάχου, καὶ Ἡρακλέωνος

Voces Antimachi et Heracleonis:

Memorat Suidas. (284.) Legebat Langbaine Κλέωνος = Cleonis =, pro Ἡρακλέωνος = Heracleonis =, = credo, inquit Schardam, (285.) quod de poeta Heracleone ne fando quidem audiverat. Sed Longinum poetas, quorum vix nomen ad nos pervenerit, tractasse, constat exemplo Menelai, de quo diximus =.

(281.) Casaubonus, ad Diog. Laer. l. c.

(282.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 31. §. 12.

(283.) Schardam, Diss. Philol. de vita et Scriptis Longini §. 14.

(284.) Suidas, Lex. art. Λογγῖνος.

(285.) Schardam, Diss. Philol. de v. et script. Longini §. 14.

Suspicabatur le Fevre collegisse Longinum voces Heracleonis Grammatici Athenaeo (286.) memorati: = minus cogitate,... inquit Schardam. (287.) Quis enim unquam scripsit λέξεις Grammatici? = Fuit etiam alius Heracleon Grammaticus Aegyptius, quem laudant Suidas, Eustathius, (288.) et Magni Ethymologici auctor. (289.)

Ἀττικῶν ΛΕΞΕΩΝ ἐκδόσεις β'. κατὰ στοιχεῖον

Atticarum vocum editiones duae ordine Alphabetico:

Memorantur a Suida, (290.) ac fortasse a Photio respiciuntur illo inediti sui Lexici loco: (291.) Σέρφοι· οἱ πτη πτερωτοὶ μύρμηκες, οὓς ἡμεῖς Νύμφας. οὕτως Δίδυμος. Κάσσιος δὲ Λογγῖνος· Σέρφος, πτηνόν τι μικρὸν, κώνωπι ἐμφερὲς κατὰ τὸ μέγεθος = Σέρφοι: formicae alatae,

---

(286.) Athenaeus, Deipnos. Lib. II. III. VII. XI. XIV.

(287.) Schardam, Dis. Philol. de v. et Script. Longini §. 14.

(288.) Eustathius, ad Homer. Iliad. Lib. I. V.

(289.) Ethymologicum magnum, art. ῥαδανίζειν.

(290) Suidas, Lex. art. Λογγῖνος

(291.) Photius, Lex. Manuscr. art. Σέρφοι.

quas Nymphas dicimus. Sic Didymus. Cassius vero Longinus ait: Σέρφος, volatile quoddam parvum, magnitudinem referens culicis.= Ubi Schardam, (292.) et Toupius (293.) post Albertum recte legunt μικρὸν, pro μακρὸν = longum.= Ante Suidae Lexicon notissimum est Catalogum reperiri scriptorum, qui in titulo vocantur οἱ συνταξάμενοι τοῦτο (τὸ βιβλίον) ἄνδρες σοφοὶ = Sapientes viri, qui hunc (librum) composuere.= In his est Λογγῖνος ὁ Κάσσιος = Longinus Cassius,= cujus nominantur Λέξεις κατὰ στοιχεῖον = Voces juxta Alphabetum =. Has ipsas respexisse Suidam putat Toupius, (294.) cum ait: (295.) Αἰωνοάριος· ὁ Ἰανουάριος μὴν. Οὕτω Λογγῖνος αὐτὸν ἑρμηνεῦσαι βιάζεται, ὡσανεὶ αἰῶνος πατέρα. = Aeonoarius: mensis Januarius. Ita Longinus ipsum interpretari nititur, quasi aevi patrem =: et alibi: (296.) Ἰανουάριος: ἄγαλμα τετράμορφον, διὰ τὰς τέσ=

(292.) Schardam, Dis. Philol. de V. et Scr. Longini §. 14.

(293.) Toupius, Animadversion. ad Long. Fragment. VIII.

(294.) Idem, l. c. (295.) Suidas, Lex. art. Αἰωνοάριος.

(296.) Idem, l. c. art. Ἰανουάριος.

σαρας τροπάς. Οἱ δὲ πλάττουσιν αὐτὸν ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ κλεῖδα κατέχοντα, ὡς ἀρχὴν τοῦ χρόνου, καὶ ἄνοιξιν τοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ θυρεόν. Ἕτεροι δὲ τῇ δεξιᾷ τ΄, τῇ δὲ ἀριστερᾷ ξε΄. κατέχοντα, ὥσπερ τὸν ἐνιαυτόν. Ὅθεν καὶ ὁ Λογγῖνος Αἰωνοάριον αὐτὸν ἑρμηνεῦσαι βιάζεται ὡσανεὶ αἰῶνος πατέρα = Januarius: simulacrum quadriforme, propter quatuor conversiones. Nonnulli eum fingunt clavem dextra manu gestantem, ut temporis initium, et reserationem anni, atque hostiarium. Alii vero dextra numerum CCC. sinistra habentem LXV. ut annum. Ideo Longinus Aeonoarium ipsum interpretari conatur, quasi aevi patrem.= Ubi pro θυρεόν, reponebat Aemilius Portus θυρωρόν, Toupius θυραῖον, alii θύραν = januam =, nemo recte. Servanda lectio, quae est in Suida. Joannes Lydus de Jano loquens libro Manuscripto περὶ μηνῶν = de mensibus = ait similiter: οἱ μὲν δίμορφον αὐτὸν μυθολογοῦσι νῦν μὲν κλεῖδα τῇ δεξιᾷ φέροντα, ὡσανεὶ ΘΥΡΕΟΝ = Nonnulli biformem ipsum fabulantur interdum quidem clavem dextra ferentem, ut janitorem:= et Codinus: (297)

(297.) Codinus, De Origin. Constantinopolitan.

τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἰάνου ἱστοροῦσι τετράμορφον, διὰ τὰς τέσσαρας τροπάς. Ἄλλοι δὲ πλάττουσιν αὐτὸν ἐν τῇ δεξιᾷ κλεῖδα κατέχειν, ὡς ἀρχὴν τοῦ χρόνου, καὶ ἄνοιξιν του ἐνιαυτοῦ, καὶ ΘΥΡΕΟΝ. Ἕτεροι δὲ τῇ δεξιᾷ χειρὶ κρατεῖν ψήφων τριακόσια, τῇ δὲ εὐωνύμῳ ἑξήκοντα πέντε, ὡσανεὶ πατέρα τοῦ χρόνου = Jani simulachrum esse narrant quadriforme, quatuor conversionum caussa. Alii autem eum fingunt dextra clavem habere, tamquam initium temporis, reserationemque anni, atque janitorem. Alii vero dextra manu calculos ccc. sinistra vero LXV. tenere, ut temporis patrem.= Nec cum Toupio (298.) dicere valet saepe in Manuscriptis confundi diphthongum αι et litteram ε. Audiatur Magni Ethymologici auctor: γίνεται παρὰ τὴν θύραν θυρὸς καὶ πλεονασμῷ τοῦ Ε ΘΥΡΕΟΣ ὁ θύρας τάξιν ἔχων = Est prope januam θυρὸς, et pleonasmo litterae ε θυρεὸς, qui januae curam habet.= Ad rem revertor. De Januario mense loquentes Longinum citant etiam Tzetzes in

(298.) Toupius, Animadvers. ad Long. Fragment. VIII.

Post-Homericis, et Eudocia Augusta, quae in Manuscripto opere, cui titulus Ἰωνιὰ non aliter ac Suidas (299.) inquit: ὅθεν καὶ ὁ Λογγῖνος Αἰωνοάριον αὐτὸν ἑρμηνεῦσαι βιάζεται ὡσανεὶ αἰῶνος πατέρα = Unde et Longinus ipsum Aeonoarium, quasi aevi patrem interpretari contendit. = Sed Catalogus Suidae praefixus; in quo illud memoratur Cassii Longini opus, ad quod juxta Toupium respexit Suidas Longinum laudans allatis locis; Conringio, Valckenar, (300.) et Schardam (301.) judicibus, non Suidae est, sed alterius cujusdam, quem mendacem mangonem putat Valckenar. = Similis fraus, inquit Schardam, (302.) Lexicon sacrum ineditum, quod in multis Bibliothecis superest, Cassiani Longini nomine ausa est commendare. = Ast ni ego fallor certe falsus est Schardam, cum ait, Lexicon illud Cassiano Longino tribui; Cassiano enim, atque Longino, duobus, hisce nominibus, viris indicatis, Lexici illius aliquam tribui par=

(299.) Suidas, Lex. art. Ἰανουάριος. (300) Valckenar, in Theocriteis.

(301.) Schardam, Dis. Philol. de Vita, et Scr. Long. §. 14.

(302.) Idem, l. c.

tem haud mihi dubium videtur. Refert reapse Jacobus Tollius nactum se contenta in Lexico sacro inedito, cui titulus: Λεξικὸν ἐνδιαθέτων γραφῶν ἐκτεθὲν παρὰ Στεφάνου, καὶ Θεοδώρου, καὶ ἑτέρων Λεξικογράφων, Κασσιανοῦ, καὶ Λογγίνου φιλοσόφου. Memorat Mingarelli (303.) Codicem alium, Lexicon continentem hoc titulo: Λεξικὸν τῆς Ὀκτατεύχου κατὰ στοιχεῖον ἐκθε ἐκτεθὲν παρὰ Θεοδωρήτου· Στεφάνου· Κασιανοῦ· καὶ Λογγίνου φιλοσόφου = Lexicon Octateuchi compositum a Theodoreto: Stephano: Cassiano: et Longino philosopho =: hoc autem initio: Αὐτόχθοσι, τοῖς ἐν Ἰνδίᾳ γῇ· ἢ τόπῳ κατοικοῦσι. Ἄγνισον, καθάρισον. Ad Longini scripta de Atticis vocibus fortasse respexit Eustathius (304.) haec scribens: ἡ δὲ τοιαύτη τιμὴ, καὶ τῖμος λέγεται κωμικώτερον, ὡς Λογγῖνος δηλοῖ, ὁμοίως τῷ, χολὴ, χόλος, ὠνὴ, ὦνος, καὶ τοῖς τοιούτοις = Ista τιμὴ etiam τῖμος dicitur comice, ut Longinus ostendit, sicut, χολή,

---

(303.) Mingarelli, Graec. Codic. Manu Scr. ap. Nanios Patric. Venet. Asservat. Cod. CCCIII. num. 8.

(304.) Eustathius, ad Homer. Odyss. Lib. X.

χόλος, ὠνὴ, ὦνος, et similia. = Ad calcem Codicis cujus=dam Suidae manuscripti, quem citatus memorat Mingarelli, (305.) haec verba reperiuntur: Λεξικα εὑρίσκονται ταῦτα· Πολυδεύκους τοῦ ῥήτορος· Διονυσίου τοῦ Ἁλικαρνασσέως· Εὐδήμου τοῦ ῥήτορος· Ἀντωνίου Μοναχοῦ· τοῦ Θεσσαλονίκης κυροῦ Εὐσταθίου· τοῦ Σουίδα· τοῦ ἁγίου Κυρίλλου· Ἡρωδιανὸς· Ἀμμώνιος· Διονύσιος· Ῥωκανίς = Ista inveniuntur Lexica: Pollucis Rhetoris: Dionysii Halicarnassei: Eudemi Rhetoris: Antonii Monachi: Eustathii Thessalonices Archiepiscopi: Suidae: Sancti Cyrilli: Herodianus: Ammonius: Dionysius: Rhocanis. = Lexicorum Antonii Monachi, Eustathii Thessalonices Archiepiscopi, et Rhocanidis hic memoratorum non alibi mentionem factam reperio. Eorum haud meminit Fabricius (306) in Catalogo Lexicographorum Graecorum editorum, ineditorum, et deperditorum. Nec ullum certe novi Dionysium Lexicographum praeter Dionysium

(305.) Mingarelli, Graec. Codic. Manu Scr. ap. Nanios Patric. Venet. Asservat. Cod. CCXCIX.

(306.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. V. Cap. 40. §. 14.

Longinum; Dionysium Halicarnasseum, cujus seorsim loco prolato fit mentio; ac Nestorem Dionysium Novariensem, auctorem latini Lexici anno 1502. editi, ad quem haud veri=simile puto respexisse ejusdem loci scriptorem. Hinc Lexi=con secundi Dionysii ibi memorati nonnisi Cassio Dio=nysio Longino tribuendum videri posset. Cum vero teste Schardam = nunquam simpliciter Dionysii ... nomine = (307.) Longinus laudatus reperiatur, melius fortasse Lexicon illud tribuetur ignoto aliunde Dionysio, sive noto quidem, non vero tamquam Lexicographus.

Περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ πολλὰ σημαινουσῶν ΛΕΞΕΩΝ βι=βλία δ'.

De vocibus apud Homerum plura significantibus Libri IV:

Suidae (308.) memorati.

Περὶ τοῦ κατὰ ΜΕΙΔΙΟΥ

De oratione contra Midiam:

Memoratur hoc opus a Suida ipso, (309.) apud quem

(307.) Schardam, Dis. Philol. de V. et Scr. Long. §. 2.

(308.) Suidas, Lex. art Λογγῖνος. (309.) Idem, l. c.

legitur κατὰ Φειδίου = contra Phidiam =. Hae voces teste Kuster tam in Suidae Codicibus manuscriptis, quam in editionibus obviae sunt. Langbaine (310.) vero legit Μειδίου = Midiam =, haud male putans hoc opere egisse Longinum de Demosthenis oratione κατὰ Μειδίου = contra Midiam. = Schardam emendationem illam probans Longini scriptum hoc pertinuisse arbitratur ad quaestionem rhetoribus agitatam an Demosthenis contra Midiam oratio esset χαρακτῆρος παθητικοῦ = characteris pathetici =, sive πραγματικοῦ = pragmatici = Quaestionem hanc memorat Photius. (311.) Opus Longini, de quo loquor circa Demosthenis orationem persuasus fuisse versatum = nescio, inquit Schardam, an hic quoque liber pars fuerit τῶν Φιλολόγων = De Longini scripto, cui titulus οἱ Φιλόλογοι = Philologi =, infra verba verba faciam. Apud Suidam ubi memoratur Longini, de quo agitur opus, pro κατὰ Φειδίου = contra Phidiam =, vel κατὰ Μειδίου = contra Midiam = legunt Hudson, et Toupius κατὰ Μηδίου, immo hic integram operis inscriptio=

(310.) Langbaine, in Vita Longini

(311.) Photius, Biblioth. Cod. CCLXV.

nem putat fuisse περὶ τῶν μορίων τῆς ψυχῆς κατὰ Μηδίου = de partibus animae contra Medium =; illo nixus Procli (312.) loco, in quo ex Porphyrio quoddam memoratur Medii scriptum contra Longinum περὶ τῶν μορίων τῆς ψυχῆς = de partibus animae = Ad hoc Longini opus pertinuisse putat Toupius ejus πρὸς τὴν τῶν Στωϊκῶν περὶ ψυχῆς δόξαν ἀντίῤῥησιν = contra Stoicorum de anima sententiam disputationem =, quam habemus beneficio Eusebii. (313.) Revera, inquit Toupius, Medius secta fuit Stoicus, ut ait Longinus apud Porphyrium eo scilicet fragmento, qui operis hujus capite vigesimo reperitur. Ex eadem disputatione locum producit Theodoretus, (314.) qui in Eusebio quamvis saepe diverse scriptus obvius est. Theodoreti haec sunt verba: Καὶ ὁ Λογγῖνος δὲ αὐτῶν ἄντικρυς κατηγορεῖ, ὧδε γράψας = Et Longinus eos contra incusat, sic scribens. =

(312.) Proclus, Ad Plat. Rempubl. Lib. IV.

(313.) Eusebius, Praep. Evang. Lib. XV. cap. 21.

(314.) Theodoretus, De Curat. Graec. Affect.

περὶ ΜΕΤΡΩΝ

De metris:

Non differt hoc opus a Scholiis ad Hephaestionem, de quibus dixi supra.

Τὰ περὶ ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

Scripta de Xenophonte:

Memorat ipse Longinus, cum ait: (315.) Ὡς κἀν τοῖς περι Ξενοφῶντος ὡρισάμεθα = ut in scriptis etiam de Xenophonte definivimus =. De scriptis hisce inquit Schardam: (316) = nisi quis pro Commentariis in Xenophontem habere velit, partem arbitror fuisse τῶν Φιλολόγων. Neque enim Xenophon in tali censura praeteriri potuit = Et forte suae istius sententiae caussa in Catalogo Longini operum non meminit τῶν περὶ Ξενοφῶντος = Scriptorum de Xenophonte. =

ΟΔΑΙΝΑΘΟΣ

Odaenathus:

(315.) Longinus, De Subl. Sect. VIII.

(316.) Schardam, Dis. Philol. De V. et Scr. Long. §. 10.

Memoratur Libanio: (317.) Ὀδαίναθον τὸν λόγον, ait ille, Λογγίνου δὲ ὁ λόγος, ἐγὼ μὲν ἀπαιτῶ, σὲ δὲ δεῖ δοῦναι, καὶ γενέσθαι δίκαιον περὶ τὴν ὑπόσχεσιν = Librum, Odaenathum; Longini autem liber; ego quidem repeto, te autem dare oportet, et justum esse circa promissum. = Librum hunc haud sine laude, alibi etiam nominat Libanius. (318.) Eum post Odaenathi mortem scriptum fuisse putat Fabricius; (319.) Toupius, (320.) Schardam, (321.) Odaenathi laudes ipsum continuisse arbitrantur. Fuit Odaenathus Palmyrenorum Princeps. Videantur Procopius, (322.) Zosimus, (323.) Agathias, (324.) Trebellius Pollio, (325.) Suidas. (326.)

(317.) Libanius, Epist. ad Euseb. (318.) Idem, Ep. ad Anatol.

(319.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 31. §. 12.

(320.) Toupius, Animadv. in Long. Fragment. VIII.

(321.) Schardam, Dis. Philol. de v. et Scr. Long. §. 14.

(322.) Procopius, Pers. Lib. II. (323.) Zosimus, Hist. Lib. I.

(324.) Agathias, Hist. Lib. IV.

(325.) Trebellius Pollio, in vita Gallieni I. et XXX. Tyrann.

(326.) Suidas, Lex. art. Ὀδαίναθος.

Ἀπορήματα ὉΜΗΡΙΚΑ
Dubitationes Homericae.

Suidae (327.) memoratae. Homericas Dubitationes scripse=rat ante Longinum Aristoteles, ut discimus ex Laertio,(328) ex Anonymo auctore Vitae Aristotelis Menagio editae, aliisque scriptoribus.

Προβλήματα ὉΜΗΡΟΥ, καὶ λύσεις, ἐν βιβλίοις β'.
Problemata Homeri, et solutiones Libris II:

Opus et hoc memorat Suidas. (329.) Τὰ Ὁμήρου προβλή=ματα = problemata Homeri = ab Aristotele scripta docet Ammonius Hermeae Filius sive Joannes Philoponus. Aristotelis operibus connumerat Anonymus ejus vitae au=ctor modo citatus Προβλημάτων Ὁμηρικῶν (βιβλία) ί. = Problematum Homericorum (Libros) decem. = Certatim hiju=scemodi quaestionibus solvendis vacarunt Grammatici inde dicti Λυτικοί, sive ἐπιλυτικοί, de quibus consulendi

---

(327.) Suidas, Lex. art. Λογγῖνος.

(328.) Diogenes Laertius, in Vita Aristotelis Lib. V. se=gmen. 26.

(329) Suidas, Lex. art. Λογγῖνος.

praeter Valckenar, (330.) Ionsius, (331.) et Wower. (332.

Εἰ φιλόσοφος Ὅμηρος

Utrum Philosophus fuerit Homerus:

Memorat Suidas. (333.) E veteribus plures de Homeri philosophia scribendi munus sumpserunt. Ipse laudat Pha= Suidas Phavorini opus περὶ τῆς Ὁμήρου φιλοσοφίας = de Homeri philosophia = (334.) aliudque Oenomai περὶ τῆς καθ' Ὅμηρον φιλοσοφίας = de philosophia, quae juxta Homerum est =, itemque Maximi Tyrii scriptum περὶ Ὁμήρου καὶ τίς παρ' αὐτῷ ἀρχαία φιλοσοφία = de Homero, et quae sit apud ipsum antiqua philosophia = Opus hoc, juxtā Fabricium, (335.) ab illa non differt Maximi Tyrii Dissertatione, in qua disputatur εἰ ἔστι καθ' Ὅμηρον αἵρε=

(330.) Valckenar, De Schol. in Homer. ined.

(331.) Ionsius, De Scr. Hist. Phil. Lib. II. Cap. 10.

(332.) Wower, De Polymath. Cap. X.

(333.) Suidas, Lex. art. Λογγῖνος.

(334.) Idem, l. c. art. Φαβωρῖνος.

(335.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 23. §. 10.

σις = an sit secta contr juxta Homerum. = Extat haec a=
dhuc, ut illa etiam, ubi quaeritur Εἰ καλῶς ὁ Πλάτων
Ὅμηρον τῆς πολιτείας παρῃτήσατο = utrum recte Plato
e Republica Homerum excluserit. = Hermogenes Medicus
Smyrnaeus scripsit περὶ τῆς Ὁμήρου σοφίας = de Home=
ri sapientia =, ut cernitur in marmore, cujus contenta
vulgavit Kuster. (336.) Telephus Pergamenus scripsit, Suida
(337.) teste, περὶ τῆς Ὁμήρου, καὶ Πλάτωνος συμφωνίας
= de Homeri, et Platonis consonantia =; Aristocles Messe=
nius, ut ipse refert Suidas πότερον σπουδαιότερος Ὅμη=
ρος, ἢ Πλάτων = utrum accuratior sit Homerus vel Pla=
to =; et Porphyrius, ut testatur idem auctor (338.) περὶ τῆς
Ὁμήρου φιλοσοφίας opu = de Homeri philosophia =, opus,
quod ex Holstenii conjectura (339.) in Longini praeceptoris
sui gratiam scripsit Porphyrius. Aliud Procli Lycii opus

(336.) Kuster, dans les Memoir. de l'Ac. des Inscr. et bell. lettr.

(337.) Suidas, Lex. art. Τήλεφος.

(338.) Idem, l. c. art. Πορφύριος.

(339.) Holstenius, Diss. de V. et Scr. Porph. Cap. 9.

εἰς τὴν Πλάτωνος Πολιτείαν = in Platonis Rempubli=
cam = Homeri continens Apologiam adhuc extat.

περὶ ὉΡΜΗΣ

De impetu:

Sive de instinctu, ut explicat Schardam. Memorat noster decimo septimo hujus libri capite. De appetitione, sive de impetu περὶ ὁρμῆς praeter Zenonem Cittieum, et Sphaerum Bosphoranum Toupio memoratos, scripserant Cleanthes, ut e Laertio (340.) discimus, et Chrysippus, ut a Galeno (341.) doceri videmur, qui eum adlegat ἐν τοῖς περὶ τῆς ὁρμῆς = in scriptis de appetitione. = Opus hoc diligentiam fugit Meursii, (342.) Jonsii, (343.) ac Menagii, qui Chrysippi scripta recensentes in Laertii Catalogo haud memorata, operis ejusdem non meminere, nisi dicendum, nec distinguendum esse opus ipsum, nec a citatis auctoribus distinctum fuisse a Chrysippi scripto περὶ παθῶν = de affectibus. =

(340.) Diogenes Laertius, in Vita Cleanthis Lib. VII seg. 174.
(341.) Galenus, De Hippocrat. et Platon. placit. Lib. IV.
(342.) Meursius, Biblioth. Graec. Lib. II. art. Chrysippus Solensis.
(344.) Jonsius, De Scr. Hist. Phil. Lib. II. Cap. 8.

De ὁρμῇ conferantur Cicero, (345.) Sextus Empiricus, (346.) Laertius, (346.) Simplicius, (347.) Suidas, (348) et Luciani Scholiastes. (349.)

περὶ ΠΑΘΩΝ
De affectibus:

De hisce peculiari scripto acturum se pollicitus est Longinus, qui in fine operis de Sublimi (350) haec scribit: ἦν δὲ ταῦτα τὰ πάθη περὶ ὧν ἐν ἰδίῳ προηγουμένως ὑπεσχόμεθα γράψειν ὑπομνήματι = Hi autem erant affectus, de quibus peculiari scripto acturos nos ex instituto promisimus.= Cum vero ignotum sit an promissum hoc Longinus executioni mandaverit, in in incerto manet an opus περὶ παθῶν = de affectibus = Longini scriptis sit con=

(345.) M. Tul. Cicero, De Offic. Lib. I. II. De Fin. Bon. et Mal. Lib. III.

(346.) Diogenes Laertius, in Vita Zenonis Cittiensis Lib. VII. seg. 84. 85.

(347.) Simplicius, ad Epictet. Manuale.

(348.) Suidas, Lex. art ὁρμὴ.

(349.) Scholiastes Luciani, ad bis accusat. seu Fora.

(350.) Longinus, De Sublimi sect. 44.

numerandum. Ejus non meminit Schardam in horum scripto=
rum Catalogo.

Πρὸς Ἀμέλιον περὶ τῆς κατὰ ΠΛΑΤΩΝΑ δικαιοσύνης

Contra Amelium de justitia juxta Platonem:

Indicat Longinus ipse apud nostrum capite hujus vitae
vigesimo.

Ἐξήγησις εἰς τὸν ΠΛΑΤΩΝΟΣ Τίμαιον

Expositio in Platonis Timaeum:

Ut eam vocat Toupius; (351.) sive ut placet saepius cita-
to Schardam (352.)

Ἐξήγησις εἰς προοίμιον τοῦ ΠΛΑΤΩΝΟΣ τιμαίου

Expositio in Procemium Timaei Platonis:

Longinum in Timaeum Platonicum scripsisse = ut ex
Proclo colligere quis possit, nolo affirmare = inquit Fabri=
cius. (353.) Hoc tamen adfirmaverunt Gale, Holstenius,
(354.) Schardam, Toupius, adfirmaveratque antea ipse Fa=

(351.) Toupius, Animad. in Long. Fragment. VIII.

(352.) Schardam, Dis. Philol. de V. et S. Long. §. 6. 14.

(353.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 31. §. 12.

(354.) Holstenius, Dis. de V. et Scr. Porph. §. Cap. 10.

bricius. (355.) Ait reapse Michael Psellus Wetstenio citatus et Toupio: Λογγῖνος μὲν οὖν ὁ κριτικὸς τὸν τοῦ Πλάτωνος ἐξηγούμενος Τίμαιον, καὶ βουλόμενος μὲν τῶν ῥητορικῶν χαρίτων ἄμοιρον αὐτὸν ἀποδεῖξαι, σοφιστικῶς τὴν τοῦ προοιμίου διερμηνεύει περίοδον, ἐν ᾗ τρία ταῦτα κόμματά εἰσιν = Longinus igitur criticus exponens Platonis Timaeum, et volens rhetoricarum gratiarum eum expertem ostendere, sophistice prooemii periodum enarrat, in quo tria haec commata sunt. = Scripsisse etiam Longinum:

Εἰς τὸν ΠΛΑΤΩΝΟΣ Φαίδωνα

In Platonis Phaedonem:

Colligit Schardam (356.) ex Olympiodori Commentario manuscripto ad eundem dialogum.

Περὶ ΠΟΙΗΤΩΝ

De Poetis:

Dionysii Phaselitae opus. Citat auctor vitae Nicandri, et Longino tribuit Langbaine cujus de hac re sententiam nec

---

(355.) Fabricius Biblioth. Graec. Lib. III. Cap. 1. §. 3.

(356.) Schardam, Dissert. Philolog. de vita, et Scriptis Longini §. 6.

Fabricius (357.) probat, nec Schardam. (358.)

Τέχνη ῬΗΤΟΡΙΚΗ

Ars Rhetorica:

Laudata ab Hermogenis Scholiaste. Extat Codex Manu=scriptus continens Rhetorica Anonymi prolegomena Mont=faucon, et Fabricio (359.) edita, quibus hic praefigitur ti=tulus: Συναγωγὴ τῶν ἀναγκαιοτάτων ἐξηγήσεων εἰς τὴν ῥητορικὴν, τῶν ἀποδοθεισῶν ὑπό τε Χριστιανῶν ἐξηγητῶν, καὶ ἑλλήνων. Ὧν ὅσι Χριστιανοὶ μὲν, Ἰω=άννης φιλόσοφος μέγας καὶ ὀρθοδοξότατος ὁ Σικε=λιώτης, καὶ ἕτερος Ἰωάννης διδάσκαλος ὁ Γεωμέτρης. Γρηγόριος Μητροπολίτης Κορίνθου, ἕτερος Μητροπο=λίτης ὁ Δοξάπατρις, καὶ Ἰωάννης Γεώργιος ὁ διαιρε=τῆς λεγόμενος. Ἕλληνες δὲ Συμπλίκιος, ΛΟΓΓΙΝΟΣ, Συριανὸς, Ἰάμβλιχος = Collectio necessariissimarum expo=sitionum in rhetoricam compositarum a Christianis Genti=

(357.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 31. §. 9. 12.

(358.) Schardam, Dis. Philol. de V. et S. Long. §. 14.

(359.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. V. Cap. 39. §. 2.

libusque expositoribus. Quorum Christiani quidem fuerunt Joannes philosophus, magnus, et orthodoxissimus, Siciliaensis; ac alter Joannes Magister, Geometra. Gregorius Corinthi Metropolita; alius Metropolites, Doxapater; et Joannes Georgius, dictus distributor. Gentiles Graeci vero Simplicius, Longinus, Syrianus, Jamblichus. =

Περὶ ΣΥΝΘΕΣΕΩΣ λόγων συντάγματα β'.

De sermonum compositione syntagmata II.

Memorat ipse Longinus. (360.) Ad hoc opus spectare putat Fabricius (361.) illud Longini fragmentum, quod incipit Κορωνὶς δ' ἔστω λόγου παντός, editumque habetur. In Codice Vaticano haec illi verba praemittuntur: Λογγῖνος ὁ καὶ Ῥήτωρ τὴν τῶν μεγάλων ῥητόρων ἀπαρίθμησιν συνέταξεν οὕτως = Longinus, qui et Rhetor dictus est, magnorum rhetorum enumerationem ita composuit. =

Περὶ ΤΑΞΕΩΝ

De Phalangibus:

(360.) Longinus, De Subl. Sect. 39.

(361.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 31. §. 12.

Auctores varii Tacticam Dionysii Longini, sive Longiniani memorant, atque adhuc extare referunt, sed ubinam, inquit Naudè, neminem hactenus indicantem vidi. Indicat tamen Gesner ita scribens: (362.) = Dionysii Longini opuscula de magnitudine orationis et de aciebus bellicis et περὶ ὕψους λόγου ῥητορικὸν liber imperfectus, Graece servantur Romae.= Nil tamen statuendum puto. Schardam in Longini scriptorum Catalogo operis de aciebus haud meminit.

Περὶ ΤΕΛΟΥΣ

De Fine:

Idest de finibus Bonorum, et Malorum ut explicant Fabricius, (363.) et Schardam. (364.) Memoratur a Porphyrio, qui ejus Prooemium nescio an integrum vigesimo hujus operis capite inseruit.

Περὶ ὙΨΟΥΣ

De Sublimi:

(362.) Gesner, in Biblioth.

(363.) Fabricius, ad Porphyr. de V. Plot. Cap. 20.

(364.) Schardam, Dis. Philol. de V. et S. Lon. §. 14.

Insigne hoc opusculum adhuc superest quamvis mutilum, ac Longini famae haud inferius, ingenii ejus aere perennius constituit monumentum.

ΦΙΛΑΡΧΑΙΟΣ

Antiquitatis - amator:

De hoc seu vero, seu tantum supposito Longini opere locus erit dicendi infra.

Οἱ ΦΙΛΟΛΟΓΟΙ

Philologi:

Adlegatur insigne hoc Longini opus ab auctore Vitae Apollonii Rhodii: Τάῤῥα δὲ πόλις Κρήτης, ὥς φησι Λογγῖνος ἐν τοῖς Φιλολόγοις = Tarrha civitas est Cretae, ut ait Longinus in Philologis.= Ubi Fabricius (365.) post verba ἐν τοῖς Φιλολόγοις = in Philologis= supplet βιβλίοις, vel συγγράμμασι = libris=, aut =scriptis= idcirco reprehensus a Schardam, (366.) qui Longinum hoc opere de antiquis auctoribus judicia tulisse putat, ingeniosque fere ipsos examini subjecisse. = Fuit ergo liber, in quo

(365.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 31. §. 12.
(366.) Schardam, D. Philol. de V. et S. Lon. §. 10.

Longinus de antiquiss scriptoribus in utramque partem ju=dicaret, et quamdam velut ingeniorum censuram ageret. = Phi=lologorum Longini liber tertius citatur a manuscripto Aristi=dis Scholiaste; vigesimus primus a Joanne Siculo in manu=scripto Commentario ad Hermogenem, cujus locum praeter Schardam, producit Ruhnkenius. (367.) Idem Joannes rur=sus opus ipsum adlegat, ac respicit quoque alibi, judice Schardam, Longinum laudans cum de Menelao poeta ser=monem habeat. Ad illud etiam opus ex ejusdem sententia respiciunt Sopater (368.) Longinum laudans de Aelio A=ristide agentem, et Photius, (369.) dum eum citat loquens de prooemio orationis Demosthenis πρὸς Λεπτίνην = con=tra Leptinem. =

πεϱί ΨΥΧΗΣ

De animas:

Ut scribit Fabricius, sive ut vult Toupius: (~~36~~ 370)

(367.) Ruhnkenius, Emend. in Long. de Subl. Sect. 3.

(368) Sopater, Prolegom. ad Aristid.

(369.) Photius, Biblioth. Cod. CCLXV.

(370.) Toupius, Animad. in Long. Fragmen. VIII.

Περὶ τῶν μορίων τῆς ΨΥΧΗΣ κατὰ Μηδίου

De partibus animae contra Medium:

De hoc opere dixi supra agens de Longini scripto περὶ τοῦ κατὰ Μειδίου = de oratione contra Midiam. = Longini haud pauci fuere inter veteres. Illis quos Fabricius (371.) recenset a me addentur, Aemilius Longinus Tacito (372.) memoratus; Longinus Doliches Archimandrita, ad quem Theodoreti (373.) extat epistola; Cassius Longinus Syriae praeses teste Josepho; (374.) C. Cassius Longinus Caesaris interfector, quem Longinum vocat Dio Cassius; (375.) Dionysius Longinus, sive Longinianus auctor operis περὶ τάξεων = de aciebus = paulo supra a me commemorati, si hoc opus extet, aut unquam extiterit, ejusque scriptor a Critico Longino differat; Longinus Eques Romani exercitus Josepho (376.) memora=

(371.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 31. §. 10.

(372.) Tacitus, Histor. Lib. IV. Cap. 59. 62.

(373.) Theodoretus, Epist. 132.

(374.) Josephus, Antiquit. Judaic. Lib. XX. Cap. 1.

(375.) Dio Cassius, Hist. Rom. Lib. XL.

(376.) Josephus, De bello Jud. Lib. V. Cap. 8.

tus; Longinus dux Romanae Legionis, de quo Dio Cassius; (377.) L. Cassius Longinus, de quo itidem Dio; (378.) Longinus Mensor Boethio (379.) memoratus; Q. Cassius Longinus, de quo citatus Dio; (380.) Longinus denique Tribunus Romanus, cujus mentio apud Josephum. (381.)

Καὶ τοῦ Φιλαρχαίου) Tres de hoc Porphyrii loco extant doctorum sententiae. Prima est Marsilii Ficini, qui Φιλαρχαῖον, Scriptorem aliquem fuisse putavit, ideoque vertit: = Quum liber Longini et Phylarchei de principiis lectus esset. = Sententiam hanc sequutus est Meursius, (382.) qui de Longino loquens adlegato Porphyrii loco eum ita reddidit: = Quum vero lectus ei fuisset De Principiis liber Longini, et Phylarchaei. = At, inquit Schardam (383.) = cui vel

---

(377.) Dio Cassius, Hist. Rom. Lib. LXVIII.

(378.) Idem, l. c. Lib. XLI.

(379) Boethius, Geometr. Lib. II.

(380) Dio Cassius, Hist. Rom. Lib. XLI. XLII. XLIII.

(381.) Josephus, De bello Jud. Lib. II. Cap. 19.

(382.) Meursius, Dionys. sive de auctor. istius nom. eorumque scrip.

(383) Schardam, Dis. Philol. de V. et S. Long. §. 6.

fando auditus est philosophus Phylarcheus? = Secunda, Fabricii est sententia, qui in notis ad hoc Porphyrii caput ait, vocem Φιλαρχαῖος non esse nomen viri, sed sumptam esse ad significandum amorem, quo veterem doctrinam Longinus prosequebatur: = Phylarchaeus non est nomen proprium viri, sed Longinus dicitur a Porphyrio φιλαρχαῖος hoc est antiquarum literarum et priscae sapientiae studiosus. = Alibi etiam ait ipse auctor: (384) = Longinus... a Porphyrio φιλαρχαῖος appellatur, puto enim falli eos qui hoc nomen proprium esse putant nescio cujus Philosophi = Fabricio consentit Schardam. = Non ille (Longinus), inquit, e turbidis recentiorum Platonicorum hauriebat rivulis, sed liquidos purosque antiquorum Philosophorum, maxime Platonis, fontes consectandos putabat. Quo nomine φιλαρχαῖος verissime appellatus est a Porphyrio in Vita Plotini. = Tertia sententia est Langbaine, (385) Valesii, ac Toupii, (386) qui Porphyrium verbo φιλαρχαίου

---

(384) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 31. §. 9. in not.

(385) Langbaine, in Vita Longini.

(386) Toupius, Animad. in Long. Fragm. VIII.

indicasse censent aliquod Longini scriptum. Porro si vox φιλαρχαίου adjectiva esset ac pendens a voce Λογγίνου, quomodo inter unam, ac alteram locum habere posset conjunctiva particula καὶ, et quomodo antea inter verba: ἀναγνωσθέντος δὲ αὐτῷ τοῦ, et illa: περὶ ἀρχῶν, locum haberet alia similis particula τε? Mirum equidem Fabricium objectioni huic nullimode se obvium fecisse. Magis profecto cautus fuit Schardam, (387.) qui locum emendans in Porphyrio reposuit ἀναγνωσθέντος δὲ αὐτῷ τοῦ περὶ ἀρχῶν Λογγίνου τοῦ Φιλαρχαίου = lecto illi opere, de principiis, Longini vetustatis amatoris. Sed nulla cogente necessitate graecum textum emendare haud mei esse duxi. Certe titulus Φιλαρχαῖος = Antiquitatis - amator = minime est praeter Graecorum Scriptorum consuetudinem. Φιλαλήθης λόγος titulus fuit libri Hieroclis Eusebio memorati. (388.) Φιλέταιρον scripsere Herodianus, ac Zenodotus, = quae quidem ejusdem fari=

(387.) Schardam, Dis. Philol. de V. et S. Lon. §. 6.

(388.) Eusebius, Contra Hierocl.

nae sunt =, inquit Toupius. Iis addi possunt Celsi Φιλαλήθης; Damophili Φιλόβιβλος πρῶτος Suidae memoratus; (389.) Hieroclis Φιλίστορες λόγοι a Stephano Byzantino, (390) et Ioanne Tzetze (391.) laudati; Telephi ποικίλη φιλομαθία, quam memorat Suidas; (392.) et Longini ipsius Φιλόλογοι. Nolo tandem praetermittere sententiam, de qua agitur placuisse Clarissimo Tillemont, (393.) qui citari ait a Porphyrio Longini opus quoddam de antiquitatis amore: = Il (Porphyre) cite encore un ouvrage de Longin sur les principes, et un autre sur l'amour de l'antiquité =. Idem inquit eruditissimus vir Ioannes Lami: (394.) = Laudat quoque Porphyrius Longini opus de

---

(389.) Suidas, Lex. art. Δαμόφιλος.

(390) Stephanus Byzantinus, De Gent. art. Βραχμᾶνες, Ταρκευνία.

(391.) Tzetzes, Chil. VII. ver. 717. 725.

(392.) Suidas, Lex. art. Τήλεφος.

(393.) Tillemont, Hist. des Emper. Emp. Aurelien art. 16.

(394.) Lami, ad Meurs. Biblioth. Attic. Lib. VI.

Principiis, et aliud de antiquitatis studio et amore.=

Φιλόλογος μέν ἔφη ὁ Λογγῖνος, φιλόσοφος δὲ οὐδαμῶς) Effatum istum Plotini praeter Porphyrium memorat Proclus (395.) his verbis Οὗτος (ὁ Λογγῖνος) μὲν οὖν φιλόλογος, ὥσπερ Πλωτῖνον εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ λέγεται, καὶ οὐ φιλόσοφος = Hic (Longinus) igitur philologus est, ut Plotinus de eo dixisse fertur, et non philosophus= Dictum hoc displicet erudito Longini Biographo Schardam, (396.) qui haud difficile ait intelligere, quid illi occasionem praebuerit. = Sed hujus judicii iniquitas undè profecta sit, non est difficile intelligere. Urebat haud dubiè hominem, suam de Ideis sententiam, quam discipuli, ut fit, laudibus in coelum ferrent, idoneis rationibus a Longino oppugnari. Huc adde, barbarae et spinis metaphysicis horridae sapientiae nunquam bene convenire cum elegante et disertâ.=

(395.) Proclus, in Platon. Tim. Lib. I.

(396.) Schardam, Dissertat. Philol. de vita, et Script. Longini §. 6.

Caput XV.

Ἐμοῦ δὲ ἐν Πλατωνείοις) Insignium Philosophorum natalitia post supremum illorum diem eorum philosophiae sectatoribus celebrare mos fuerat ut constat: Actum hoc etiam fuisse in Platonis natalitiis non in isto tantum cernitur Porphyrii loco sed in secundo quoque hujus vitae capite in Plutarcho, (397.) Proclo, (398.) ac Porphyrio ipso ita loquente apud Eusebium: (399.) Τὰ Πλατώνεια ἑστιῶν ἡμᾶς Λογγῖνος Ἀθήνησι κέκληκεν ἄλλους τε πολλοὺς, καὶ Νικαγόραν τὸν Σοφιστὴν, καὶ Μαιόραν, Ἀπολλώνιόν τε τὸν Γραμματικὸν, καὶ Δημέτριον τὸν Γεωμέτρην, Προσήνην τε τὸν Περιπατητικὸν, καὶ τὸν Στωικὸν Καλιέτην. Ita enim legendum non Πλωτίνεια = Plotini natalitia =, ut bene

---

(397.) Plutarchus, Convival. Quaestion. Lib. VIII. quaest. 1.

(398.) Proclus, Ad Platon. Rempublic.

(399.) Porphyrius, De philol. auditu ap. Euseb. Praep. Evang. Lib. X. Cap. 3.

observat Viger sic interpretatus: = Athenis... ad celebrandam Platonis memoriam convivio nos Longinus exceperat, interque complures alios, Nicagoram Sophistam, Maeoram, Apollonium Grammaticum, Demetrium Geometram, Prosenem Peripateticum, et Calietem Stoicum invitarat. = Πλατώνεια, non Πλωτίνεια reapse legitur in Codice quodam Eusebii manuscripto ut monet idem Viger. (400) Praeterea apud Porphyrium loco ipso, quem refert Eusebius ait Prosenes Peripateticus: καὶ αὐτὸς οὗτος ὁ ἱερὸς Πλάτων, οὗ τὴν ἐπώνυμον ἑορτὴν σήμερον πανηγυρίζομεν: idest ut vertit Viger = At Platonem illum divinum cujus e nomine festum hunc diem celebramus. = Patet hinc error Holstenii, (401.) qui ex allato Porphyrii loco colligit Porphyrium ipsum e Sicilia Athenas migrasse post Plotini mortem; ac ille Clarissimi Langbaine, (402.) qui celebrata a Longino fuisse putavit

(400) Viger, Not. ad Euseb. l. c.

(401.) Holstenius, Dis. de V. et Scr. Porph. Cap. 2.

(402.) Langbaine, in Vita Longini.

Plotini natalitia. Πλατώνεια pro Πλωτίνεια loco, de quo agitur, reponunt praeter Viger, Valesius,(403.) Tillemont,(404.) Fabricius,(405.) et Schardam.(406.)

ὁ ῥήτωρ Διοφάνης) Diophanis cujusdam rhetoris Mitylenaei mentio apud Ciceronem.(407.)

„Βάλλ' οὕτως αἰσχέν τι φόως ἄνδρεσσι γένηαι) Versus huic simillimus in Homero reperitur, apud quem tantum pro Ἄνδρεσσι =hominibus=, legitur Δαναοῖσι =Danais=:

Βάλλ' οὕτως αἴσχέν τι φόως Δαναοῖσι γένηαι.

Εὐβούλου Ἀθήνηθεν τοῦ Πλατωνικοῦ διαδόχου) Eubuli, cujus hic meminit Porphyrius apud Longinum quoque mentio est capite hujus libri vigesimo, ubi Eubulus ipse vocatur ὁ Ἀθήνησι διάδοχος =Athenis successor=

Ἐλέγχειν πολλαχοῦ καὶ ἐν τοῖς συγγράμμασιν οὐκ

(403.) Valesius, Ad Euseb. Hist. Eccl. Lib. VI. Cap. 19.

(404.) Tillemont, Hist. des Emper. Note 9. sur l'Emp. Philippe.

(405.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 31. §. 9.

(406.) Schardam, Dis. Philol. De V. et Scr. Long. §. 4.

(407.) M. Tull. Cicero, in Bruto, sive de Clar. Oratoribus.

ὤκνησεν) Plotinus caussa eorum, quae contra fatum protulit argumentorum carpitur a vecordi Julio Firmico Materno, qui ita loquitur:(408.) = Hicce (Plotinus) in quadam parte orationis suae, sicut mihi videtur improvidus, et incautus, vim fatalis necessitatis aggreditur, et homines fortunae decreta metuentes severa orationis objurgatione castigat, nihil potestati stellarum tribuens, nihil fatorum necessitatibus reservans, sed totum dicens in nostra positum esse potestate. Longum est enarrare quid de rebus singulis senserit, qua se ratione fatali sorti subtraxerit, qua vim istam, id est stellarum, atque fati, sententiarum argumentatione turbaverit. Sed haec adhuc integer, incolumisque narrabat. Nunquam ille ad Socratis finem, Platonisve exitum contorsit oculos, vel mentem, utique sicuti suspicari datur, multa illorum mentibus, multa vitiis adscribens.=

Caput XVI.

οἱ περὶ τὸν Ἀδέλφιον, καὶ Ἀκυλῖνον) Vertit Ficinus:

(408.) Julius Firmicus Maternus, Prooem. Mathes.

Adelphii, Acylinique sectatores, = at rectius Fabricio (409.) judice οἱ περὶ τὸν Ἀδέλφιον, καὶ Ἀκυλῖνον latine redderetur = Adelphius, et Aquilinus. =

Ζωροάστρου) De scriptis plurimis Zoroastro tributis diffuse egit Fabricius. (410.)

Caput XVII.

Βασιλεὺς δὲ τὸ ὄνομα Πορ τῷ Πορφυρίῳ ἐμοὶ προσῆν, κατὰ μὲν πάτριον διάλεκτον Μάλχω κεκλημένῳ) Ait similiter Eunapius: (411.) Μάλχος δὲ κατὰ τὴν Σύρων πόλιν ὁ Πορφύριος ἐκαλεῖτο τὰ πρῶτα. Τοῦτο δὲ δύναται βασιλέα λέγειν. Πορφύριον δὲ αὐτὸν ὠνόμασε Λογγῖνος, ἐς τὸ βασιλικον τῆς ἐσθῆτος παράσημον τὴν προσηγορίαν ἐπιτρέψας. = Malchus autem juxta Syrorum linguam

---

(409.) Fabricius, ad Porph. de V. Plot. Cap. 16.

(410) Idem, Biblioth. Graec. Lib. I. Cap. 36.

(411.) Eunapius, Vit. Soph. in V. Porph.

Porphyrius primum vocabatur. Hoc autem valet Rex. Eum vero Porphyrium adpellavit Longinus ad regale vestis insigne denominatione conversa:= et Suidas:(412.) Πορφύριος, ὃς κυρίως ἐκαλεῖτο Βασιλεὺς, Τύριος φιλόσοφος =Porphyrius, qui proprie Rex vocabatur Philosophus Tyrius.= Μάλχος, Βασιλεὺς =Malchus, Rex:= ait Hesychius Lexicographus, apud quem male habebatur Μάκκος =Maccus=; et Hieronymus:(413.) =Malchus, quem nos latine Regem possumus dicere.=

Κλεοδάμῳ τε) Cleodamum hunc haud diversum suspicatur Toupius, (414.) ab illo cujus meminit Trebellius Pollio (415.) hisce verbis: =Quibus compertis Gallienus Cleodamum, et Athenaeum Byzantios instaurandis urbibus, muniendisque praefecit.= Observatum doctissimo Eduardo Bernardo (416.) idem graece significare Κλεόδημος =Cleodemus=, quod

---

(412.) Suidas, Lex. art. Πορφύριος.

(413.) S. Hieronymus, in Vita Malchi Eremitae.

(414.) Toupius, Animad. ad Long. Fragm. VIII.

(415.) Trebellius Pollio, in Vita Gallieni I.

(416.) Bernardus, Ad Joseph.

Syriace = Malca =. Apud Josephum citat Alexander Polyhistor Cleodemum quemdam dictum etiam Malchum: (417.) Κλεόδημος δὲ φησὶν ὁ προφήτης, ὁ καὶ Μάλχος = Cleodemus propheta, qui et Malchus vocatur inquit = Apud Eusebium (418.) locum hunc proferentem legitur ὁ καὶ Μαλχᾶς = qui et Malchas vocatur. = Cleodemum illum citat etiam Hieronymus: (419.) = Hujus rei testis est Alexander, qui cognominatur Polyhistor, et Cleodemus cognomento Malchus. = Apud Porphyrium vero hoc ipso capite ubi legitur Κλεόδαμέ τε, καὶ Μάλχε = Cleodame, et Malche =, haec nomina duos diversos viros designant.

Συγγνώμης δικαίας παρά σου τυχεῖν) Ita locutus est auctor cujusdam ex epistolis, quas sub Socratis, et Socraticorum nomine vulgavit Leo Allacci: ὑπερ ἐνίων δὲ διὰ τὴν ἡλικίαν ὁμολογῶν μαλακώτερον γράφειν, ΣΥΓΓΝΩΜΗΣ ἀξιοῖ ΤΥΧΕΙΝ. Arrianus similiter: ΣΥΓΓΝΩΜΗΣ ΤΥΧΕΙΝ ἐδέοντο.

(417.) Alexander Polyhistor, ap. Josephum Antiquit. Judaic. Lib. V. Cap. 15.

(418.) Eusebius, Praep. Evangel. Lib. IX. Cap. 20.

(419.) S. Hieronymus, Quaest. Hebraic.

Caput XVIII.

Τὰς ἐν τῷ λόγῳ λανθανομένας) Λανθανομένας = latentes = legit Dobler, et ante ipsum legerat Ficinus, ut ex ex ejus versione patet. Edebatur λαμβανομένας = sumptas =, sed huic lectioni alteram anteferendam censeo.

Ὅτι ἔξω τοῦ νοῦ ὑφέστηκε τὸ νόημα) Porphyrii scriptum hic memoratum, ac illud contra Amelium, de quo ipse eodem hoc capite, interciderunt ab ipso forte Porphyrio suppressa, ut suspicari videtur Holstenius. (420.) Palinodia etiam intercidit, quam Porphyrius mutata sententia conscripsit, ut hoc capite testatur.

Ἐγὼ ὁ Πορφύριος μετεθέμην, καὶ παλινῳδίαν γράψας ἐν τῇ διατριβῇ ἀνέγνων) Postquam Porphyrius a sua, quae Longini quoque erat sententia recessit adversus eum confecit Longinus scriptum quoddam, de quo egi supra Longini ipsius opera recensens.

Πρόθυμον ἐποίησεν) Melius forte Dobler πρόθυμον ἐποίησα = propensum effeci. =

(420.) Holstenius, Dissertat. de vita, et Scriptis Porphyrii Cap. 10.

Caput XIX.

Ἐπιστολῆς) Haud male putat Fabricius, (421.) Longini epistolam, de qua hic Porphyrius, post Plotini mortem fuisse exaratam.

Φησί) Duo illa Longini fragmenta, quae hoc, et insequenti capite refert Porphyrius prodierunt non tantum cum hic Porphyrii liber editus fuerit, sed etiam cum opere περὶ ὕψους =de sublimi=, aliisque Longini fragmentis. Cum Meursii versione reperiuntur quoque in ejus libello sic inscripto =Dionysius, sive de auctoribus istius nominis, eorumque scriptis=, in quo varia Dionysii Longini opera recensuit, nullum tamen, excepto libro de sublimi, cujus hac vita non meminerit Porphyrius.

Τί γὰρ ἂν καὶ σοφὸν παρ᾽ ἡμῶν προσδοκῶν ἀφίκοιο;) Legebatur προσδοκᾷν, pro quo bene Toupius (422.) reposuit προσδοκῶν. Ita et Ficinus legisse videtur, reddidit enim: =quid enim novae apud nos sapientiae sperans venias, nescio.= Meursius vertit similiter =quid enim sane etiam sa=

(421.) Fabricius, ad Porph. de V. Plot. Cap. 19.

(422.) Toupius, Animad. in Long. Fragm. VI.

piens a nobis exspectans accederes?=

Τήν γε παλαιὰν συνήθειαν) Ita optime Toupius (423.) pro τήν τε παλαιὰν συνήθειαν. Ait reapse similiter Demosthenes: (424.) ὅτι καὶ εἰ μὴ ὅλον, μέρος ΓΕ ἐπιβάλ= λει τῆς βλασφημίας ἅπασι: et Galenus: (425.) εἰ δὲ μὴ οἷόν τε περὶ τὴν ἡμέραν τὴν πρώτην, ἀλλὰ τῇ δευτέρᾳ ΓΕ: et Appianus Alexandrinus: (426.) εἰ καὶ τύχοι πταί= σας τό ΓΕ ἐγχείρημα οἴσειν: et Philostratus (427.) item: Ἱππόδρομος δὲ πλεῖστα ἀνέγνω μετά ΓΕ Ἀμμώνιον τὸν ἀπὸ τοῦ Περιπάτου. Particula γε hic valet saltem. Sic et γοῦν apud Demosthenem: καὶ εἰ μηδὲν ἄλλο τοὔνο= μα ΓΟΥΝ ἔχει φιλάνθρωπον. Ita etiam γεδὴ, et γέ= τοι. Sed videndus Budè. (428.)

(423.) Idem, l. c.

(424.) Demosthenes, de Corona.

(425.) Galenus, de Curat. ad Glaucon.

(426.) Appianus Alexandrinus, De Bel. Hannibal.

(427.) Philostratus, Vit. Sophist. Lib. II. in Vita Hippodromi.

(428.) Budè, Commentar. ling. Graecae.

Κἂν ἄλλό τι τύχῃς οἰηθεὶς) Interpretes reprehendit Toupius, qui vertere jubet: = Quod si quid aliud cogites. = Reddiderat Ficinus: = Quod si forte aliud quiddam putes assequi. = Errasse ille videtur cum legisset τύχης ut genitivum nominis τύχη, pro τύχῃς persona modi conjunctivi. Haud dissimiliter locutus est Euripides apud Longinum (429.) alio loco:

Εἰ δέ που

ΤΥΧΟΙ πέριξ ἙΛΙΞΑΣ.

Sic Isocrates: (430) ἐκείνην τὴν πόλιν στέργειν, ἐν ᾗ ΤΥΓΧΑΝΟΥΣΙ ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΕΣ: et Plutarchus: (431.) ἘΤΥΓΧΑΝΕ μὲν οὖν ἩΓΟΥΜΕΝΟΣ ὑπατικῆς ἐπαρχίας: itemque Synesius: (432.) εἰ μὴ τυγχάνεις δε ΤΥΓΧΑΝΕΙΣ ΔΕΞΑΜΕΝΟΣ τὴν ἐπιστολὴν: et de Aristide Sopater: (433.) ἤδη μὲν Λογγῖνος, καὶ πάντες οἱ

(429.) Euripides, ap Longin. ~~de Sublimi~~ Sect. 40.

(430.) Isocrates, Orat. ad Philip. (431.) Plutarchus, in Vita Catonis (432.) Synesius, Epist. 67.

(433.) Sopater, Prolegom. ad Aristid.

κριτικοὶ πολλὰ προειρήκασιν, ὡς γόνιμος, ὡς ἐνθυμη=
ματικὸς ΤΥΓΧΑΝΕΙ, καὶ βίαιος, καὶ καθόλου τὸν
Δημοσθένην ΜΙΜΟΥΜΕΝΟΣ: et Eunapius: (434.) ἘΤΥΓ=
ΧΑΝΕ δὲ ἐπὶ τῆς κρηπῖδος κατὰ τὴν ὑπέρκλυσιν
ΚΑΘΗΜΕΝΟΣ: Arrianusque (435.) similiter: ὁπότε δὲ
ΔΙΑΒΑΝΤΕΣ ΤΥΧΟΙΕΝ: et alibi: ἣ δὴ καὶ ἘΤΥΓΧΑ=
ΝΕ τὴν ἡγεμονίαν τοῦ ἱππικοῦ παντὸς ἜΧΟΥΣΑ ἐν ἐ=
κείνῃ τῇ ἡμέρᾳ: alibique iterum: (436.) εἰ ταύτῃ ἐπι=
μαχώτερον ΤΥΓΧΑΝΟΙ ὌΝ ἐς τὴν προσβολήν. Longi=
nus ipse hoc eodem fragmento, aliquanto post locum, de
quo agitur inquit: ΤΥΓΧΑΝΩ δήπουθεν ἘΠΕΣΤΑΛ=
ΚΩΣ. Sed notiora haec sunt, quam ut exemplis, quae infi=
nita forent, adhuc confirmari, et illustrari mereantur. Pes=
sime in Longini loco, de quo sermo est, legit Meursius: ἀλλ'
ὅτι τύχης οἰηθεὶς, ac vertit: =Sed quod forsan puta=
sti.=

(434.) Eunapius, Vit. Soph. in V. Jamblichi.

(435.) Arrianus, Expedit. Alexand. Lib. I. Cap. 6.

(436.) Idem, l. c. Cap. 10.

Παρ᾽ ἐμοῦ δὲ μηδὲν προσδοκῶν καινότερον) Ita Longini editio Oxonii anno 1778. peracta, curante saepius citato Joanne Toupio, et ita legendum pro προσδοκᾷν.

Μόλις αὐτῶν ἐπεκράτησα τὸν ὑπογραφέα) Reddit Ficinus: = vix horum invenerim subscriptorem. = At ὑπογραφεὺς haud valet hic = subscriptor =, sed illum designat, = qui libros describit =, ut observatum Jacobo Tollio. Similiter Synesius: Ἵνα μὴ μάτην κόπτωμεν τὸν ὙΠΟΓΡΑΦΕΑ, τὰς ἀποδοθησομένας ἐπιστολὰς ὑπαγορεύοντες. Hinc recte Meursius: = vix eorum obtinuerim descriptorem =. Conferatur Suidas.

Ὑπὸ σοῦ) Alii ἀπό σου legunt levi discrimine.

Τοῦ παραναγνῶναι μόνον) Vertit Meursius: = tantum ut perlegam. = Sed παραναγνῶναι valet = legere et conferre cum altero exemplari =, ut ait Toupius, (437.) qui erit consulendus. Simili modo apud Aeschinem: καὶ τοὺς νόμους τῷ ψηφίσματι ΠΑΡΑΝΑΓΝΩΝΑΙ. Melius igitur Ficinus: = ut tantum perlegam, inde meos emendans. =

(437.) Toupius, Animad. in Long. Fragm. VI.

Caput XX.

Τοῦ καθ' ἡμᾶς κριτικωτάτου γενομένου) Capite insequenti a Porphyrio Longinus appellatur ἀνὴρ ἐν κρίσει πρῶτος ὤν = vir primus in judicio.= Criticae Longini facultatis plures meminere. In his Eunapius (438.) Photius, (439.) Suidas, (440.) et Psellus, quem citat post Wetstenium Toupius. (441.) = Criticum diceres esse Longinum, inquit Hieronymus, (442.) Censoremque Romanae facundiae.= Μή μοι οὖν, ita Theophylactus Bulgariae Archiepiscopus, (443.) τὰς Λογγίνου κρίσεις περίαπτε, μὴ καὶ δόξῃς τισὶν αὐτός γε οὐ κατὰ Λογγῖνον κρίνειν, idest: = Ne mihi imponas igitur Longini judicia, ne ipse haud juxta Longinum judicare aliquibus videaris.= Pes=

(438.) Eunapius, Vit. Soph. in V. Porph.

(439.) Photius, Biblioth. Cod. CCLXV.

(440.) Suidas, Lex. art. Λογγῖνος, Πορφύριος, Φρόντων.

(441.) Toupius, Animad. in Long. Frag. VIII.

(442.) S. Hieronymus, Epist. 95.

(443.) Theophylactus, Epist. 18.

sime Theophylacti interpres Marinerius: = Tu igitur Longini judicia ne mihi imponas, neque videaris ipse juxta Longini sensum aliquid decernere. = Quaerit Schardam, (444.) quid potissimum Longino hanc doctissimi Critici famam compararit, et hoc factum concludit non ab opere = de sublimi =, sed ab illo inscripto οἱ Φιλόλογοι = Philologi =, de quo dictum a me supra.

Καταφρονητικῶς ἔχων) Ita recte Dobler pro καταφρονητικὸς ἔχων. Similiter supra Porphyrius Capite decimo: ΚΑΤΑΦΡΟΝΗΤΙΚΩΣ πρὸς αὐτὸν ἜΣΧΕ.

Ἐπιγράφεται δὲ τὸ βιβλίον Λογγίνου πρὸς Πλωτῖνον, καὶ Γεντιλιανὸν Ἀμέλιον περὶ τέλους) vertit Ficinus: = Inscribitur sane liber de fine ad Plotinum, Gentilianumque cognomento Amelium: = rectius vero Meursius: = Inscribitur autem liber, Longini contra Plotinum, et Gentilianum Amelium, De Fine. = Ubi vox πρὸς, quam Ficinus vertit: = ad =, redditur: = contra =. Reapse in prooemio operis περὶ τέλους = de fine = a Porphyrio hic relato non Plotinum, et Amelium, sed Marcellum Longi=

(444.) Schardam, Dis. Philol. de V. et Scr. Long. §. 10.

nus alloquitur; de Plotino vero, et Amelio sermonem habet nullimode ad ipsos verba faciens.

Ὦ Μάρκελλε) Alloqui hic putatur Longinus Marcellum illum Orontium Senatorem, de quo Porphyrius supra Capite septimo.

Οὐχ ἥκιστα παρὰ τοὺς πρώτους τῆς ἡλικίας ἡμῶν χρόνους) Reddit Ficinus: = Cum multi temporibus nostris Philosophi extiterint, o Marcelle, major profecto eorum numerus in primis extitit nostrae aetatis annis. = Ast inquit Fabricius (445.) = rectius Tollius haec.. cum prioribus jungit. = Tollii versio haec est: = Quum permulti memoria nostra extiterint, Marcelle, Philosophi, praesertim autem primis pueritiae nostrae temporibus (nam dici vix potest, quanta praesens tempus laborat rei penuria) tum vero non pauci ex his, quum jam adolescentuli essemus. = Haud dissimiliter a Ficino reddidit Meursius: = Quum multi nostra aetate, o Marcelle, extiterint philosophi non minime circa prima nostrae adolescentiae tempora. = Sed pe

(445.) Fabricius, ad Porph. de V. Plot. Cap. 20.

nitus accurata integri loci versio haec esset ni fallor: = Multorum, o Marcelle, Philosophorum, qui nostris fuere temporibus...... alii quidem scriptis sibi placita pertractare aggressi sunt..... alii vero sufficere sibi putarunt sua dogmata familiares edocere. =

Καὶ Δημόκριτος) Democriti Platonici praeter Longinum meminit Syrianus. (446.) Scripsisse illum:

Εἰς τὸν Πλάτωνος Ἀλκιβιάδην

In Platonis Alcibiadem:

Colligit Schardam (447.) ex Olympiodori Commentario Manuscripto ad eumdem Platonis dialogum, in quo citatur Democritus tamquam dialogum ipsum interpretatus. Similiter scripsisse Democritum:

Εἰς τὸν Πλάτωνος Φαίδωνα

In Platonis Phaedonem:

Ipse colligit Schardam (448.) ex manuscripto Olympiodori Commentario ad Dialogum illum.

(446.) Syrianus, Ad Aristot. Metaphys.

(447.) Schardam, Dis. Philol. de V. et Scr. Long. §. 4.

(448.) Idem, l. c.

Πλωτῖνος, καὶ Γεντιλιανὸς Ἀμέλιος ὁ τούτου γνώριμος) Reddidit Ficinus: = Plotinus et Gentilianus Amelius, Plotini familiaris =, Meursius: = Plotinus et Gentilianus Amelius, illius familiaris =, et Tollius: = Plotinus, hujusque familiaris Gentilianus Amelius. = Mirum omnes ad unum interpretes istos, pariter fuisse lapsos. Γνώριμος, ut post Menagium, (449.) Lami, (450.) et Toupius (451.) observarunt, non = familiaris = valet, sed = discipulus. = ΓΝΩΡΙΜΟΙ, ΜΑΘΗΤΑΙ = Γνώριμοι, discipuli = inquit Hesychius Lexicographus.

Στωϊκῶν δε Θεμιστοκλῆς) Themistoclis cujusdam Philosophi, qui sub Maximino vixit meminit Georgius Syncellus. (452.) Antiquiorem alium Themistoclem Stoicum loquentem inducit Plutarchus in quaestionibus convivalibus.

Καὶ Μήδιος) Medii cujusdam apud Proclum memi=

(449.) Menagius, Observ. et Emend. in Diog. Laert.

(450.) Lami, ad Meurs. Biblioth. Attic. Lib. V.

(451.) Toupius, Animad. in Long. Frag. V.

(452.) Syncellus, Chronograph.

nit Porphyrius. (453.)

Θεόδοτος) Est qui legat Διόδοτος = Diodotus =

Καὶ Εὔβουλος) Eubuli Longino hic memorati supra quoque mentio apud nostrum, Capite decimo quinto.

Ὥσπερ Ὠριγένει μὲν τὸ περὶ δαιμόνων) De daemonibus librum Origenis ab Adamantio diversi memorat Porphyrius quoque supra, Capite tertio.

Εὐβούλῳ δὲ τὸ περὶ τοῦ Φιλήβου, καὶ τοῦ Γοργίου, καὶ τῶν Ἀριστοτέλει πρὸς τὴν Πλάτωνος πολιτείαν ἀντειρημένων) Aliter ac Tollius interpretantur Meursius, et Ficinus. Tollii versio haec est: = et Eubulus, qui in Philebum et Gorgiam commentarium edidit, atque Aristoteli contra Platonis Rempublicam respondit: = Haec autem illa Ficini: = Atque ab Eubulo expositio quaedam in Philebum atque Gorgiam, atque de his quae Aristoteles Reipublicae Platonis opponit: = Meursii vero interpretatio ita se habet: = ab Eubulo autem de Philebo, et Gorgia, et his quae op=

(453.) Porphyrius, Miscellan. quaestion. ap. Procl. ad Platon. Rempublic. Lib. IV.

posita sunt ab Aristotele adversus Platonis Rempublicam= Toupius (454) similiter verba: καὶ τῶν Ἀριστοτέλει πρὸς τὴν Πλάτωνος πολιτείαν ἀντειρημένων ita reddi jubet: = Atque de iis quae Aristoteles Politiae Platonis o= bjecit.=

Οὐκ ἐχέγγυα πρὸς τὸ μετὰ τῶν ἐξειργασμένων τὸν λόγον αὐτοὺς ἀριθμεῖν ἂν γένοιτο) Ita Longini editio O= xoniensis anni 1778. Alibi legitur πρὸς πατρὸς τὸ, pro πρὸς τὸ. Reddiderat Ficinus: = Haec sane parvi mo= menti sunt, si cum rationibus quas illi voce exactius assi= gnare solebant, conferre volueris =, Meursius: = non conve= niens per partem foret illos numerare cum his qui sapien= tiam penitus elaboraverunt, qui obiter tali studio fuerint usi, neque primarium in scribendo impetum sumserunt.= Fi= ciniana rectior haec versio, ut et Tollii interpretatio: = non illa tanti sunt ut eapropter inter illos referri mereantur, qui dedita opera literis Philosophiae dogmata explicuerunt;

(~~Toup~~ (454) Toupius, Animad. ad Long. Fragm. V.

quum haec ipsa opuscula velut parerga seu fortuita fuerint, nullo certo ac serio scribendi consilio suscepta atque elaborata:=

παρέργῳ) Legunt alii πάρεργον.

τῶν δὲ Στωϊκῶν Ἑρμῖνος) Alius fuit Herminus Peripateticus.

καὶ Λυσίμαχος) Lysimachus iste verisimiliter, ut monui, haud differt ab illo, cujus mentio supra apud Nostrum, Capite tertio.

Ἀθηναῖος) De variis Athenaeis conferatur Fabricius. (455.)

καὶ Μουσώνιος) Antiquior fuit Musonius philosophus, Stoicus et ipse, de quo Suidas.

καὶ Περιπατητικῶν Ἀμμώνιος) Ammonii Peripatetici praeter Longinum meminit Philostratus (456.) Ammonium ipsum Jonsius, (457.) Olearius, (458.) ac Valesius

---

(455.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 20. §. 5. in not.
(456.) Philostratus, Vit. Soph. Lib. II. in Vita Hippodromi
(457.) Jonsius, De Scriptor. Hist. Phil. Lib. III. Cap. 13.
(458.) Olearius, ad Philostrat.

(459.) haud distinguunt ab Ammonio Platonico idest Ammonio Sacca Plotini magistro. Sed hujus eodem hoc fragmento meminerat Longinus Platonicos sui temporis philosophos recensens, qui ipsorum opiniones haud scriptis mandarunt. Sagacissimus Tillemont (460.) a probanda Jonsii sententia longe abfuit, Platonicumque a Peripatetico Ammonio Longino hic memorato, distinguendum putavit: = Longin, ait ille, conte entre les Peripateticiens de son temps un Ammone, dont il dit que personne n' approchoit pour aimer les livres, et pour savoir toutes choses... Il ajoute qu' on n' avoit de luy que des poësies et des declamations. Et il n' y a guere d' apparence que Saccas ait composé des pieces de cette nature. = Ammonium Peripateticum a Platonico differre observarunt etiam Bayle, (461) Fabricius, (462.) et Schar=

---

(459) Valesius, Ad Ammian. Marcellin. Hist. Lib. XXII. Cap. 16.

(460.) Tillemont, Mem. pour serv. à l' Hist. Ec. Note 3. sur Ammone.

(461.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 26. §. 15.

(462.) Bayle, Diction. Hist. et Crit.

dam. (463.)

Καὶ Πτολεμαῖος) Ptolemaei hujus Peripatetici Sextum Empiricum meminisse putavit Fabricius. (464.) = In quo, ait Schardam, virum egregium ratio fallit. Nam primum Pto= lemaeus, quem Longinus vidit, per temporis rationes vix po= tuit a Sexto Empirico commemorari. Deinde Longinus diserte testatur, eum nihil, praeter carmina et declama= tiones, scriptum reliquisse. = Ptolemaeus Peripateticus me= moratur ab inedito Dionysii Thracis Scholiaste ut ait Fa= bricius, (465.) qui eum haud diversum suspicatus est a Pto= lemaeo Ascalonita Grammatico, de quo Suidas. (466.) At sententia postea immutata, (467.) quod non monuit Schar= dam Ptolemaeum Peripateticum Longino hic memoratum differre dixit a Ptolemaeo Ascalonita, et ab illo cujus men= tio apud Sextum Empiricum (468.) et Dionysii Thracis Scho=

(463.) Schardam. D. Philol. de v. et s. Lon. §. 4.

(464.) Fabricius, Biblioth. Graec Lib. III. Cap. 11. (465.) Idem, l. c.

(466.) Suidas, Lex. art. Πτολεμαῖος ὁ Ἀσκαλωνίτης.

(467.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 33. §. 5.

(468.) Sextus Empiricus, advers. Mathematic. Lib. I.

liastem.

Καὶ μάλιστα ὁ Ἀμμώνιος, οὐ γάρ ἐστιν ὅστις ἐκεί-νῳ γέγονεν εἰς πολυμαθείαν παραπλήσιος) Simile refert Philostratus: (469.) Ἱππόδρομος πλεῖστα ἀνέγνω, μετά γε Ἀμμώνιον τὸν ἀπὸ τοῦ Περιπάτου. Ἐκείνου γὰρ πολυ-γραμματώτερον ἄνδρα οὔπω ἔγνων = Hippodromus plu-rima legit, saltem post Ammonium peripateticum. Nondum enim ullum novi isto eruditiorem =. Obiter notandum, ut Philostratus locutum esse Arrianum, (470.) qui de Seleuco ait: καὶ ΠΛΕΙΣΤΗΣ γῆς ἐπάρξαι ΜΕΤΑ ΓΕ αὐτὸν Ἀ-λέξανδρον.

οὐ μὴν καὶ γράψαντές γε τεχνικὸν οὐδέν) Vertit Fi-cinus: = Nihil tamen artificiosum admodum construxerunt =, Meursius: = non quid illi ali quidem illi aliquid artificiosum scripserunt, = rectius vero Tollius: = Nil tamen, quod ad Phi-losophiae artem pertineret, scripsere. = Τεχνικὸν οὐδέν a Fa-bricio (471.) explicatur: = Nullum de arte vel disciplina quadam

---

(469.) Philostratus, V. Soph. Lib. II. in V. Hippodromi

(470.) Arrianus, Exped. Alex. Lib. VII. Cap. 22.

(471.) Fabricius, ad Porph. de V. Plot. Cap. 20.

scriptum. =

Μὴ γὰρ ἂν αὐτοὺς δέξασθαι) Ita Basileensis editio Plotini, cujus Enneadibus ejusdem Plotini Vita Porphyrio auctore praefigitur: ita etiam editio Fabriciana; et Longi= ni, quam adlegavi supra editio Oxoniensis anni 1778. A= lii legunt δόξασθαι. Sed δέξασθαι mavult Toupius. In= quit similiter Plato: (472) ἔγωγε οἶμαι αὐτὸν πᾶν μᾶλ= λον πεπονθέναι ἊΝ ΔΕΞΑΣΘΑΙ, ἢ ζῆν ἐκείνως: et sic plus quam semel alibi. (473) Simili modo et Julianus: (474) καὶ ΔΕΞΑΙΜΗΝ ἊΝ ἔγωγε Ἰαμβλίχου μᾶλλον ἐπιστολὴν μίαν, ἢ τὸν ἐκ Λυδίας χρυσὸν κεκτῆσθαι.

Ἀποθησαυρίσαι) Supra memorata Longini Oxoniensis e= ditio habet παραθησαυρίσαι.

Τῶν δ᾽ οὖν γραψάντων) Legit Tollius τῶν δ᾽ αὖ γρα= ψάντων, ac vertit: = Rursus ex eorum numero, qui quid commentati sunt. = Οὖν vero legerunt Meursius, et Fici=

---

(472) Plato, De Republ. Lib. VII.

(473) Idem, l. c. Lib. X. in Alcibiade primo, Hippia mino= re, et Apolog. Socrat.

(474) Julianus, Epist. 40.

nus. Male alii τῶν δ' οὐ γραψάντων = eorum qui non scripserunt =, ut e sequentibus patet.

Οἱ δὲ μικρὰ) Minus bene alii μακρὰ = longa =

Τῆς ἐν τῇ διανοίᾳ συνθέσεως) Legunt alii συντάξεως. Videndus Toupius. (475.)

Εἰς τὴν τοῦ λόγου διάρθρωσιν) Vertit Tollius: = ad distinctam Philosophiae dogmatum explicationem = rectius Ficino qui interpretatus erat: = ad distinctam orationis structuram =, et Meursio, qui reddiderat: = ad orationis articulatam explanationem. =

Τὴν σπουδὴν τοῦ γράφειν ἀποδειξάμενοι) Ita habet Longini editio Oxoniensis anni 1778. et ita legerat Tollius, qui vertit: = Scribendi studium et diligentiam ostenderunt. = Αποδεξάμενοι legerunt Ficinus qui reddidit: = scribendique munus serio elegerunt, = et Meursius sic interpretatus: = scribendique studium probaverunt =

Οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐγγύς τι) Sic Tollius, et Toupius (476.) pro οὐδὲ γὰρ οὐδὲν ἐγγύς τι.

(475.) Toupius, Animad. in Long. Frag. V.

(476.) Idem, l. c.

καὶ Κρονίου) Cronii meminit Noster supra Capite decimo quarto, et alibi philosophice ipsum Homericas fabulas interpretatum scripsit. (477.) Adlegat Nemesius (478.) ejus opus:

Περὶ Παλιγγενεσίας.

De Palingenesia.

Memoratur etiam Cronius a Porphyrio apud Eusebium: (479.) Συνῆν τε γὰρ (Ὠριγένης) ἀεὶ τῷ Πλάτωνι, τοῖς τε Νουμηνίου, καὶ Κρονίου, Ἀπολλοφάνους τε, καὶ Ἀλβίνου, καὶ Μοδεράτου, Νικομάχου τε, καὶ τῶν ἐν τοῖς Πυθαγορείοις ἐλλογίμων ἀνδρῶν ὡμίλει συγγράμμασιν = Conversabat enim (Origenes) semper cum Platone, et cum scriptis Numenii, Cronii, Apollophanis, Albini, Moderati Nicomachi et Pythagoricorum doctorum virorum =. Ἀλβίνου hic scribendum pro Λογγίνου = Longini = putat Schardam. (480.) Memorat quoque Cronium Stobaeus. (481.)

(477.) Porphyrius, De Styge, et de Antro Nymph.

(478.) Nemesius, De Nat. hom. Cap. 2.

(479.) Porphyrius, ap. Euseb. Hist. Eccl. Lib. VI. Cap. 19. (480.) Schardam, D. Philol. de V. et S. Long. §. 7. (481.) Stobaeus, in Eclog.

καὶ Μοδεράτου) Moderatum memorat Porphyrius apud Eusebium loco modo citato. Scripsit ille:

Πυθαγορικῶν σχολῶν βιβλία έ.

Pythagoricarum Scholarum Libros V:

Ut legimus in Stephano Byzantino, (482.) et Suida. Μοδέρατος ὁ ἐκ Γαδείρων, ait Porphyrius, (483.) πάνυ συνετῶς ἐν ἕνδεκα βιβλίοις συναγαγὼν τὸ ἀρέσκον τοῖς ἀνδράσι (Πυθαγορείοις.) = Moderatus Gaditanus valde intelligenter libris undecim colligens placita virorum (Pythagoricorum.) = Porro ad hoc ipsum Moderati opus respexisse videtur Hieronymus (484.) cum ait: = Cujus enim sunt illa χρυσᾶ παραγγέλματα? nonne Pythagorae, in quibus omnia ejus breviter dogmata continentur, et in quae latissimo opere Philosophus commentatus est Iamblichus, imitatus ex parte Moderatum virum eloquentissimum, et Archippum, ac Lysidem Pythagorae auditores. = Moderati men=

(482.) Stephanus Byzantinus, de Sent. art. Γάδειρα.

(483.) Porphyrius, in vita Pythagorae.

(484.) S. Hieronymus, in Rufin. Lib. III.

tio quoque in Porphyrio apud Simplicium, (485.) Plutarcho, (486.) Proclo, (487.) et Syriano, (488.) apud quem male Ode=rati nomen habetur pro Moderato. Athanasii cujusdam Grae=ci Scriptoris, sed recentis aetatis opus extat, cui titulus: Συ=νοπτικὴ μέθοδος, ᾗ τὴν νίκην ἀληθῶς αἱρεῖ ὁ μαχό=μενος, ἢ ᾗ τὰ μέσα πρὸς μάχην, καὶ νίκην εὑρίσκε=ται, καθάπερ ἐκ τῶν φιλοσόφων Ἀδράστου τε, καὶ Μοδεράτου, κατ' Ἀριστοτέλην ὁ θαυμαστὸς, καὶ μέ=γας ἱστόρησεν Ἰάμβλιχος = Compendiosa methodus, qua pugnans victoria vere potitur, seu quia media ad pugnam victoriamque reperiuntur, ut ex philosophis Adrasto, et Mo=deratom, juxta Aristotelem admirabilis, magnusque Iam=blichus exposuit. =

Καὶ Θρασύλλου) De Thrasyllo consulendus Ionsius. (489.)

(485.) Porphyrius, ap. Simplic. ad Aristot. Phys.

(486.) Plutarchus, Convival. Quaest. Lib. VIII. quaest. 7.

(487.) Proclus, in Platon. Tim. Lib. I.

(488.) Syrianus, ad Aristot. Metaphys.

(489.) Ionsius, De Scr. Hist. Phil. Lib. III. Cap. 3.

Καὶ τὰ πολλὰ μὲν τῶν αὐτῶν δογμάτων ἐχόμενος) Vertit Ficinus: = multaque illius inventa sectatur. = At Toupio (490.) judice verba τὰ πολλὰ valent hic non = multa = , sed = plerumque = , ac locus ita reddendus: = et plerumque eadem amplexus dogmata. = Meursius verterat: = et ut plurimum quidem adhaerens sententiis ejus. = Tollius oblitus verba τὰ πολλὰ, reddidit: = eadem quidem habet et exponit dogmata. =

Οὐδὲν αὐτοὶ παρ' αὐτῶν προσθέντες, οὐχ ὅτι τῶν κεφαλαίων, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐπιχειρημάτων, οὐδ' οὖν ἢ συναγωγῆς τῶν παρὰ τοῖς πλείοσιν, ἢ κρίσεως τοῦ βελτίονος ἐπιμεληθέντες) Vertit Ficinus: = ipsique nihil his adjunxerunt, ac nedum praecipua rerum capita, sed nec argumentum quidem ullum: nihil igitur ulterius curaverunt quam quae plurimorum fuerunt congregare, vel multa discutiendo eligere meliora. = At porro haud contemptu digna ea fuissent opera, quae collectionem continuissent eorum, quae pluribus placuerant, meliorumque rerum delectum. Bis in Longini loco de quo agitur obvia

---

(490.) Toupius, Animad. in Long. Frag. V.

est particula ἤ, et bis reddenda ipsa erat = vel =, nunquam vero = quam =, ut semel fecit Ficinus. Ejus versionem vincunt Meursiana, et Tolliana. Forte pro οὐδ᾽ οὖν recte in Longini loco legeretur οὐδ᾽ αὖ.

Μετρίως ἀντιγραφῇ διελέγξαι δοκοῦμεν) Male Ficinus: = rescriptione quadam opposita mediocriter arguisse videmur =, Meursius: = moderate scriptione contraria redarguisse videmur =, ac Tollius: = mediocriter responsione mea confutasse videor = Melius Holstenius, (491.) qui latine Longini locum ita retulit: = opposito contra responso sic satis superque refutasse videmur. = Μετρίως hic valet = satis =. Sic apud Platonem: ΜΕΤΡΙΩΣ ἔχω ἡλικίας = satis habeo aetatis. =

Ἣν αὐτὸς μὲν ἐπιστολὴν περὶ τοῦ τρόπου τῆς Πλωτίνου φιλοσοφίας ἔγραψεν) Melius forte ἐπέγραψεν = inscripsit. =

Αὐτὸ μόνον) De verbis hisce consulendus Toupius. (492.) Αὐτὸ τοῦτο inquit similiter, praeter auctores ab ipso citatos Diogenes Laertius: (493.) ΑΥΤΟ ΤΟΥΤΟ ἔν τε ταῖς ἐπιστολαῖς.

(491.) Holstenius, Dis. de V. et Scr. Porph. Cap. 6. (492.) Toupius, Animad. in Long. Fragm. V. (493.) Diogenes Laertius, in Vita

Sic et Syrianus Commentario manuscripto ad Aristotelis Metaphysica: Μηδὲ Πλούταρχον, καὶ Ἀττικὸν, καὶ Δημόκριτον τοὺς πλατωνικοὺς κατ' ΑΥΤΟ ΤΟΥΤΟ ζηλοῦμεν: et Synesius initio Dionis: τῶν τε ΑΥΤΟ ΤΟΥΤΟ σοφιστῶν.

Πρὸς τὸν Ἀμέλιον ἐπιστολὴν αὐτὸ προσαγορεύσαντες) Levi discrimine legit Meursius (494.) τὴν πρὸς Ἀμέλιον ἐπιστολὴν. Alii πρὸς τὴν Ἀμελίου ἐπιστολὴν, = minus bene, inquit Fabricius, (495.) ut ex praecedentibus patet. = Paulo ante scripserat reapse Longinus ὥσπερ καὶ ἐν τῇ πρὸς τὸν Ἀμέλιον ἐπιστολῇ

Caput XXI.

τὰ Νουμηνίου δὲ οὐχ ὑποβάλλεσθαι, καὶ τὰ ἐκείνου πρεσβεύειν δόγματα ἀλλὰ τὰ τῶν Πυθαγορείων αὐτοῦ ἐχομένου, καὶ Πλάτωνος μετιέναι δόγματα) Ita forte restituendus iste locus. Corrupte legebatur: Τὰ Νουμηνίου δὲ

Epicuri Lib. X. seg. 5.

(494.) Meursius, Dionys. sive de auct. istius nom. eorumque script.

(495.) Fabricius, ad Porph. de v. Plot. Cap. 20.

οὐχ ὅτι ὑποβάλλεσθαι, καὶ τὰ ἐκείνου πρεσβεύειν δό=γματα, ἀλλὰ τὰ τῶν Πυθαγορείων αὐτοῦ τε ἐχομενοῦ μετιέναι δόγματα. Quae ita emendavit Tollius: Τὰ Νου=μηνίου δὲ Πλωτῖνον οὐχ ὑποβάλλεσθαι, καὶ τὰ ἐκείνου πρεσβεύειν δόγματα, ἀλλὰ τῶν Πυθαγορείων, αὐτοῦ τε Πλάτωνος μετιέναι δόγματα. Quae ex duobus emenda=tionibus Tollii scilicet, et mea alteri ~~and~~ anteferenda sit judicet lector. Quod spectat ad verba αὐτοῦ ἐχομένου ait similiter Longinus apud nostrum capite superiore: καὶ τὰ πολλὰ μὲν τῶν αὐτῶν δογμάτων 'ΕΧΟΜΕΝΟΣ.

῾Ως εἰ) Rectius ait Fabricius (496.) interpres legit ὅς εἰ. Nil tamen mutavi, cum et ὥς εἰ = adeo ut si = non ma=le ibi legi possit.

Caput XXII.

„Ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα περὶ δρῦν, ἢ πέτρην„ φησὶν ὁ Ἡσίοδος, λέγειν;) Legitur in Hesiodo:

(496.) Fabricius, ad Porph. de V. Plot. Cap. 21.

Ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα περὶ δρῦν, ἢ περὶ πέτρην; (497.) Veteres, teste Platone quercus et petras audiverant, oracula scilicet inde sumpserant. (498.)

„Οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν, καὶ μέτρα θαλάσσης) Videndi de hoc oraculo Herodotus, (499.) Themistius, et Ammonius Hermeae filius. (500.)

„Ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος) Delphici hujus de Socrate oraculi meminere praeter Porphyrium Aelius Aristides, (501.) Cicero, (502.) Diogenes Laertius, (503.) Galenus, (504) ~~Justinus, (505.)~~ Julianus, (505.) Justinus, (506.) Lucianus, (507.) Origenes, (508.) Simplicius, (509) Suidas, (510) Tertullianus, (~~50~~ 511.) Valerius Maximus, (512) Scholiastes Lu=

(497.) Hesiodus, Theogon. ver. 35. (498) Plato, in Hip. majore. (499.) Herodotus Hist. Lib. I. Cap. 47. ~~Ammonius Hermeae filius, ad Porph. Isag.~~ (500.) Ammonius Hermeae filius, ad Porph. Isag. (501.) Aristides, Cont. Plat. de Rhet. Or. I. et Cont. Plat. de IV. vir. (502.) M. Tull. Cicero, de Senect. n. 21. (503) Diogenes Laertius, in Vita Socratis L. II. seg. 37. (504.) Galenus, Protrep. ad Art. (505) Julianus, Or. II. et Caesar. (506.) Justinus, Cohor. ad Graec. (507.) Lucianus, de Salt. et Amor. (508.) Origenes, Cont. Cel. L. 7. (509) Simplicius, ad Epict. (510) Suidas, Lex. art. Σόφος (511.) Tertullianus, Apolog. (512) Vale=

ciani, (513) ac ille Aristophanis, (514.) qui oraculum ita refert:

Σοφὸς Σοφοκλῆς· σοφώτερος δ' Εὐριπίδης·

Ἀνδρῶν δὲ πάντων Σωκράτης σοφώτατος

= Sapiens Sophocles, sapientior vero Euripides,

Sed virorum omnium Socrates sapientissimus.=

Suidas habet σοφώτερος = sapientior =, pro σοφώτατος = sapientissimus =. Origenes primum tantummodo hujus Oraculi versum adfert. Luciani Scholiastes Oraculum ipsum sic exponit:

Ἀνδρῶν πάντων Σωκράτης σοφώτερος.

Ut Porphyrius eum referunt Laertius, Justinus, et Lucianus. (515.)

Ἐπάκουσον ὅσα, καὶ οἷα περὶ Πλωτίνου ἐθέσπισεν) Apollinis oraculum Plotinum celebrans Porphyrio hic relatum haud prodiit duntaxat in Plotini editionibus, ac in Fabriciana hujus libri sed etiam in Joannis Opsopoei Colle=

[Vale]rius Maximus, Dict. Fact. Memorab. Lib. III. Cap. 4. Extern.

(513.) Scholiastes Luciani, ad Hermotim. sive de sect.

(514.) Scholiastes Aristophanis ad Nub.

(515.) Lucianus, in Amor.

ctione oraculorum.

Σῆμα δ' ἔλειψας) Lucem huic loco adferent ista Macrobii (516.) verba: = Ideo corpus δέμας, hoc est, vinculum, nuncupatur, et σῶμα, quasi quoddam σῆμα, id est, animae sepulchrum. = Sed audiendus Plato: (517) καὶ γάρ σῆμα τινές φασιν αὐτὸ εἶναι τῆς ψυχῆς, ὡς τεθαμμένης ἐν τῷ νῦν παρόντι: καὶ διότι αὖ τουτῷ σημαίνει ἃ ἂν σημήνῃ ἡ ψυχὴ, καὶ ταύτῃ σῆμα ὀρθῶς καλεῖσθαι = Ipsum enim (corpus) nonnulli dicunt sepulchrum esse animae, ut in eo quod nunc apparet sepultae. Rursus quia per corpus significat anima quaecumque significaverit hac etiam de caussa illud recte σῆμα vocari.=

Caput XXIII.

Τέλος γάρ αὐτῷ καὶ σκοπὸς ἦν ἑνωθῆναι, καὶ πελάσαι τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ) Videantur liber nonus sextae Plotini Enneadis.

Ἔπιθέν τε) Legebant alii ἔσωθέν τε.

(516.) Macrobius, in Somn. Scip. Lib. I. Cap. 11.

(517.) Plato, in Cratylo.

Caput XXIV.

Ἐπεὶ δὲ αὐτὸς τὴν διάταξιν, καὶ τὴν διόρθωσιν τῶν βιβλίων ποιεῖσθαι ἡμῖν ἐπέτρεψεν) sibi illati muneris Plotini scripta emendandi meminit quoque noster supra capite septimo.

Ἐπίχαρμον τὸν κωμῳδογράφον εἰς δέκα τόμους φέρων συνήγαγεν) Apollodorum ἐν ἕκτῳ περὶ Ἐπιχάρμου = in libro sexto de Epicharmo = adlegat Suidas. (518)

Τὰ Ἀριστοτέλους, καὶ Θεοφράστου εἰς πραγματείας διεῖλε) De Andronico Peripatetico consulendi Patricius, (519.) Meursius, (520.) et Fabricius. (521.) Ejus Catalogum librorum Theophrasti memorat auctor Scholii cujusdam subjecti Metaphysicis Theophrasto tributis: Τοῦτο τὸ βιβλίον Ἀνδρόνικος μὲν καὶ Ἕρμιππος ἀγνοοῦσιν, οὐδὲ γὰρ μνείαν αὐτοῦ ὅλως πεποίηνται ἐν τῇ ἀναγραφῇ τῶν Θεοφράστου βιβλίων = Librum hunc Andronicus quidem, et

---

(518.) Suidas, Lex. art. Καρδιώττειν.

(519.) Patricius, Discuss. Peripatetic. Lib. IV.

(520.) Meursius, Rhod. Lib. II. Cap. 5.

(521.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. III. Cap. 11.

Hermippus haud agnoscunt; mentionem enim ejus nullimode faciunt in Catalogo librorum Theophrasti.=

Τί τὸ ζῶον, καὶ τίς ὁ ἄνθρωπος) Sexto hujus operis capite paulo aliter a Porphyrio hic Plotini liber inscribitur τί ὁ ἄνθρωπος, τί τὸ ζῶον. Libri ejusdem Macrobius (522.) meminit.

Περὶ ἀρετῶν) Et hic Plotini liber Macrobio (523) memoratur.

Εἰ ἐν παρατάσει χρόνου τὸ εὐδαιμονεῖν) Ita etiam supra Porphyrius, Capite quinto. In Plotini vero operibus ita hic liber inscribitur: Εἰ εὐδαιμονεῖν ἐπίδοσιν χρόνου λαμβάνει, ubi est qui legat ἐπίτασιν pro ἐπίδοσιν.

Περὶ τοῦ καλοῦ) Memorat hunc Librum Porphyrius non tantum Capite quarto, sed etiam ultimo hujus vitae.

Περὶ τοῦ πρώτου ἀγαθοῦ, καὶ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν) Supra, Capite sexto legitur περὶ τοῦ πρώτου ἀγαθου, ἢ περὶ εὐδαιμονίας.

(522.) Macrobius, in Somn. Scip. Lib. II. Cap. 12.

(523.) Idem, l. c. Lib. I. Cap. 8.

Πόθεν τὰ κακά) Supra, capite laudato legitur τίνα τὰ κακά, in Plotino vero περὶ τοῦ τίνα, καὶ πόθεν τὰ κακά.

Περὶ τῆς ἐκ τοῦ βίου εὐλόγου ἐξαγωγῆς) Liber hic supra, capite capi quarto inscribitur simpliciter περὶ εὐλόγου ἐξαγωγῆς. Ibi Plotinus scripsisse dicitur librum hunc, aliosque viginti priusquam Porphyrius sibi innotesceret cum Antonio Rhodio Romam se conferens. Hinc haud existimare licet ad librum istum respexisse Eunapium, (524.) cum ait Plotinum ea quae Porphyrio de semetipso perimendo cogitanti loquutus erat libro fuisse complexum.

Περὶ τοῦ κόσμου) Adlegant hunc librum Simplicius, (525.) et Joannes Philoponus (526.)

Περὶ τῆς κυκλοφορίας) In Plotino habetur περὶ τοῦ κινήσεως οὐρανοῦ.

(524.) Eunapius, Vit. Soph. in V. Porph.

(525) Simplicius, ad Aristot. de Coelo.

(526.) Joannes Philoponus, Contra Procl. de mundi aeternitate solut. 15. ad argum. 13.

Εἰ ποιεῖ τὰ ἄστρα) Librum hunc citat Macrobius. (527.)

περὶ τῶν δύο ὑλῶν) Sic et supra capite quarto. In Plotino liber iste inscribitur περὶ ὕλης. Porphyrius et ipse scripserat περὶ ὕλης = de materia = libros sex, ut in Suida cernitur, (528.) ibi τὸ Πλωτίνου διανοίγων βιβλίον = Plotini librum explicans =, teste Aenea Gazaeo, (529.) ad hoc enim Porphyrianum librum respe opus respexit ille ita scribens, ut malunt Holstenius, (530.) et Fabricius; (531.) non ad aliud cui titulus τὰ τῶν Χαλδαίων λόγια = Chaldaeorum Oracula, = aliunde ignotum.

περὶ τοῦ δυνάμει, καὶ ἐνεργείᾳ) Ita Porphyrius supra, capite quinto, et Simplicius (532.) librum hunc laudans. In

---

(527.) Macrobius, in Som. Scip. Lib. I. Cap. 19.

(528.) Suidas, Lex. art. Πορφύριος.

(529.) Aeneas Gazaeus, in Theophrasto.

(530.) Holstenius, D. de v. et Scr. Porph. Cap. 10.

(531.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 27. §. 4.

(532.) Simplicius, ad Porphw Aristot. Phys.

Plotino levissimo discrimine legitur περὶ τοῦ ὅ δυνάμει, καὶ ἐνεργείᾳ.

Περὶ ποιότητος, καὶ εἴδους) supra, Capite quarto habetur tantum περὶ ποιότητος, in Plotino autem περὶ οὐσίας, καὶ ποιότητος.

Πῶς τὰ πόῤῥω ὁρώμενα μικρὰ φαίνεται) In Plotino hic liber inscribitur περὶ ὁράσεως, ἢ πῶς τὰ πόῤῥω μικρὰ φαίνεται

Πρὸς τοὺς κακὸν τὸν δημιουργὸν τοῦ κόσμου, καὶ τὸν κόσμον κακὸν εἶναι λέγοντας) Capitibus quinto, et decimo sexto hujus vitae, atque in Plotino ipso hicce liber inscribitur πρὸς τοὺς Γνωστικούς.

Περὶ εἱμαρμένης) Citatur Liber iste a Theodoreto. (533)

Περὶ τοῦ εἰληχότος ἡμᾶς δαίμονος) Meminere hujus libri Ammianus Marcellinus, (534.) et Porphyrius supra non capite duntaxat quarto, sed decimo quoque, atque infra capite sequenti.

Περὶ τῆς ἀπαθείας τῶν ἀσωμάτων) Legebatur σωμά=

(533.) Theodoretus, De Curat. Graec. affect. Lib. VI.

(534.) Ammianus Marcellinus, Hist. Lib. XXI. Cap. 14.

των = corporum =, sed ἀσωμάτων = incorporeorum = legitur supra capite quinto, et in Plotino. Sic etiam Ficinum legisse ex ejus versione manifeste patet. Scripsi itaque ἀσωμάτων quamvis Plotinus non incorporea tantum, sed materiam quoque libro isto neget pati reprehensus ideo a Petit.

Περὶ φύσεως, καὶ θεωρίας, καὶ τοῦ ἑνὸς) Capite hujus operis quarto habetur solum περὶ θεωρίας.

Ἐπισκέψεις διάφοροι) Plotinus ἐν ταῖς διαφόροις ἐπισκέψεσι = in diversis considerationibus = laudatur a Proclo. (535)

Caput XXV.

Περὶ οὐσίας ψυχῆς πρῶτον) Supra, quarto Capite scribitur περὶ οὐσίας τῆς ψυχῆς.

Περὶ οὐσίας ψυχῆς δεύτερον) Capite citato legitur πῶς ἡ ψυχὴ τῆς ἀμερίστου, καὶ μεριστῆς οὐσίας μέση εἶναι λέγεται, in Plotino autem notatur librum hunc an=

(535.) Proclus, in Tim. Lib. II.

te omnia Plotini scripta de anima legendum esse: ὅν πρὸ πάντων τῶν περὶ ψυχῆς λόγων ὀφείλει ἀναγινώσκεσθαι.

Περὶ ψυχῆς ἀποριῶν πρῶτον) Citatur tertius liber quartae Plotini Enneadis ab Augustino. (536) Supra, capite quinto, dum titulus istius, et duorum, qui sequuntur librorum refertur omittitur vox ἀποριῶν.

Περὶ ψυχῆς ἀποριῶν τρίτον, ἢ περὶ ὄψεως) Legimus supra, capite quinto ἢ περὶ τοῦ πῶς ὁρῶμεν.

Περὶ ἀθανασίας ψυχῆς) Supra, capite quarto scripsit Porphyrius περὶ ψυχῆς ἀθανασίας. Refert Eusebius (537) locum quemdam secundi libri de animae immortalitate auctore Plotino, qui tamen in hujusce scriptis incassum quaereretur.

Περὶ τῶν τριῶν ἀρχικῶν ὑποστάσεων) Hunc librum laudant Eusebius, (538) Theodoretus, (539) et Cyrillus

---

(536.) S. Augustinus, De Civ. Dei Lib. VIII. Cap. 10.

(537.) Eusebius, Pr. Ev. Lib. XV. Cap. 10. (538.) Idem, l. c. Lib. XI. C. 16.

(539.) Theodoretus, De Curat. Graec. Affect. Lib. II.

Alexandrinus. (540.)

Περὶ τῶν γνωριστικῶν ὑποστάσεων, καὶ τοῦ ἐπέ= κεινα) Capite hujus vitae sexto legitur τῶν ἐπέκεινα.

Πῶς ἀπὸ τοῦ πρώτου τὸ μετὰ τὸ πρῶτον, καὶ πε= ρὶ τοῦ ἑνὸς) Rectius, Fabricio (541.) judice, supra quarto capite legitur τὰ μετὰ τὸ πρῶτον.

Ὅτι οὐκ ἔξω τοῦ νοῦ τὰ νοητὰ, καὶ περὶ τἀγαθοῦ) Supra, capite quinto hunc titulum fert iste liber ὅτι οὐκ ἔξω τοῦ νοῦ τὰ νοητὰ, καὶ περὶ νοῦ, καὶ τἀγαθοῦ. Plotinus ἐν τῷ περὶ νοητῶν, ἢ περὶ τἀγαθοῦ adlega= tur a Joanne Philopono. (542.)

Περὶ τοῦ εἰ καὶ τῶν καθέκαστά ἐστιν εἴδη) Inscri= bitur supra hic liber quarto capite εἰ καὶ τῶν καθέκα= στά εἰσιν ἰδέαι.

Περὶ νοῦ, καὶ τῶν ἰδεῶν, καὶ τοῦ ὄντος) Adlegat hunc

(540.) S. Cyrillus Alexandrinus, Contra Julian. Lib. II.

(541.) Fabricius, ad Porph. de v. Plot. Cap. 25.

(542.) Joannes Philoponus, Contra Procl. de mundi aeternita= te solut. 5. ad argum. 2. solut. 6. ad argum. 4.

librum Syrianus. (543.)

Caput XXVI.

Περὶ τῶν γενῶν τοῦ ὄντος πρῶτον) Habetur supra, capite quinto ordine inverso τῶν τοῦ ὄντος γενῶν. Tres Plotini libros περὶ τῶν γενῶν τοῦ ὄντος memorat Simplicius. (544.)

Περὶ τοῦ τὸ ὂν ἕν, καὶ ταὐτὸ ὂν ἅμα πανταχοῦ εἶναι ὅλον πρῶτον) Supra, capite modo citato legimus περὶ τοῦ τὸ ὂν πανταχοῦ ὅλον εἶναι ἕν, καὶ ταὐτό.

Περὶ ἀριθμῶν) Citat hunc librum Proclus. (545.)

Περὶ τοῦ ἑκουσίου, καὶ θελήματος τοῦ ἑνὸς) Simpliciter supra capite quinto scribitur περὶ τοῦ ἑκουσίου.

Τέσσαρα, καὶ πεντήκοντα ὄντα) Praeter Plotini libros quatuor, et quinquaginta, Porphyrio hoc, et superioribus duobus capitibus memoratos, duas in Codice Caesareo disserta=

(543.) Syrianus, ad Aristot. Metaphys.

(544.) Simplicius, ad Aristot. categor.

(545.) Proclus, in Plat. Theolog. et Tim. Lib. II.

tiones reperiri testis est Lambecius, (546.) quorum altera quidem inscribitur Πλωτίνου, περὶ τοῦ πῶς δρᾷ ἡ οὐρανία διάθεσις εἰς τὸν περίγειον κόσμον; = Plotini, Quomodo operetur coelestis dispositio in mundo perigeo =; incipit autem: ἐπειδὴ πεπίστευται ὡς διὰ τῶν ἄστρων πολλὰ τελεῖται: alia vero hunc habet titulum Πλωτίνου, περὶ τῆς πρώτης ἀρχῆς τῶν πάντων, ἤτοι περὶ τοῦ ἑνὸς = Plotini de primo omnium principio, sive de uno =; hoc autem initium Ἐπειδήπερ δεῖ εἶναι τὸ ἐπέκεινα τοῦ νοός.

Ὑπομνήματα) Porphyrii in Plotinum commentarii interciderunt. Extant tamen ejusdem sententiae ad intelligibilia ducentes, πρὸς τὰ νοητὰ ἀφορμαί, Stobaeo (547.) laudatae, quae, Holstenio (548.) judice, Plotini scriptis non male introductionis loco praeponerentur.

Πλὴν τοῦ περὶ τοῦ καλοῦ) Plotini liber de pulchro sextum in Enneade prima locum tenet.

(546.) Lambecius, Commentar. de Biblioth. Vindobon. Lib. VII.

(547.) Stobaeus, in Eclog.

(548.) Holstenius, Diss. de Vita, et Scrip. Porphyr. Cap. X.

Finis.

Index

Doctorum Virorum,

quorum meminit Porphyrius in Commentario de vita Plotini, et ordine librorum ejus.

Additis locis Observationum, in quibus de ipsis edisseritur

Major numerus Porphyrii capita, minor Observationum paginas designat.

A.

Adelphius XVI.

Adrastus Peripateticus XIV. 256.

Aegyptius Sacerdos X. 245.

Alexander Peripateticus XIV. 256.

Alexander Libycus XVI.

Allogenes XVI.

Amelius I. II. III. V. VII. X. XVI. XVII. XVIII. XIX. XX. XXI. XXII. 232. 234.

Ammonius III. VII. X. XIV. XX. 216.

Ammonius Peripateticus XX. 317. 320.

Amphiclia IX. 243.

Andronicus Peripateticus XXIV. 333.

Annius Stoicus XX.

Antimachus VII.
Antonius Rhodius IV. 230.
Apollodorus Atheniensis XXIV. 333.
Aquilinus XVI.
Aristoteles XIV. XX. XXIV.
Aspasius Peripateticus XIV. 256.
Athenaeus Stoicus XX. 317.
Atticus XIV. 255.

C.

Cajus XIV. 254.
Carterius I.
Castricius (Firmus) II. VII. 239.
Cleodamus XVII. 302.
Cronius XIV. XX. XXI. 323.

D.

Democritus Platonicus XX. 313.
Demostratus XVI.
Diophanes Rhetor XV. 299.

E.

Epicharmus Comicus XXIV.
Eubulus Platonicus XV. XX. 299.315.
Euclides Platonicus XX.
Eustochius Alexandrinus Medicus II. VII. 238.

F.

Firmus Castricius v. Castricius.

G.

Gemina mater IX.
Gemina filia IX.
Gentilianus Amelius v. Amelius.

H.

Heliodorus Alexandrinus Peripateticus XX.
Herennius III. 221.
Herminus Stoicus XX. 317.
Hesiodus XXII.

L.

Longinus XIV. XVII. XIX. XX. XXI. 258. 292.

Lydus XVI.

Lysimachus Stoicus III. XX. 227. 317.

M.

Malchus v. Porphyrius.

Marcellus Orontius VII. XX. 240. 312.

Maximus XVII.

Medius XX. 314.

Megalus v. Maximus.

Messus XVI.

Miccalus v. Paulinus.

Moderatus XX. XXI. 324.

Musonius Stoicus XX. 317.

N.

Nicotheus XVI.

Numenius III. XIV. XVII. XVIII. XX. XXI. 228.

O.

Olympius Alexandrinus X. 245.
Origenes III. XIV-XX. 222. 225. 315.
Orontius (Marcellus) v. Marcellus.

P.

Paulinus Scythopolites VII. 237.
Peripatetici XIV. XX.
Philocomus XVI.
Phoebion Stoicus XX.
Plato II. XI. XV. XVI. XX. XXI. XXII. XXIII.
Platonici XX.
Porphyrius II. IV. V. VI. VII. XI. XIII. XV. XVI. XVII. XVII. XVIII. XIX. XX. XXI. XXIII. XXIV. XXV. XXVI.
Potamon IX. 244.
Probus XI. 252.
Proclinus Platonicus XX.
Ptolemaeus Peripateticus XX. 319.
Pythagoras XXII. XXIII.

R.

Rogatianus VII. 240.

S.

Sabinillus VII.
Serapion Alexandrinus VII. 240.
Severus XIV. 254.
Socrates II. XXII.
Stoici XX.

T.

Thaumasius XIII.
Themistocles Stoicus XX. 314.
Theodosius VII.
Theodotus XX.315.
Theophrastus XXIV.
Thrasyllus XX. XXI. 325.
Tryphon Stoicus, et Platonicus XVII.

Z.

Zethus Arabs II. VII. 238.

Zoroaster XVI. 301.

Zostrianus XVI.

Zoticus VII. 238.

Index

Graecarum vocum, quae in Observationibus illustrantur.

Numeri paginas designant

A.

Αυτὸ μόνον 327.

Αυτὸ τοῦτο 327.

Γ.

Γὲ 306.

Γεδὴ 306.

Γέτοι 306.

Γνώριμος 314.

Γοῦν 306.

Δ.

Δέχομαι 321.

Ε.

καταφρονητικῶς Ἔχω 311.

Ἔχομαι τὰ τῶν Πυθαγορείων 329.

Η.

Ἤ 136.

Θ

Θυρεὸς 269.

Μ.

Μετά γε 320.
Μεταβάλλω 240.
Μετρίως 327.

Ο.

Ὁρμὴ 282.

Π.

Παραναγινώσκω 309.

οἱ περὶ τὸν Ἀδέλφιον, καὶ Ἀκυλῖνον 300.
Πολιτικὸς 245.

Σ.

Σῆμα 332.
Συγγνώμης τυγχάνω 303.
Συναγωνίζομαι 260.

Τ.

Τεχνικὸν 320.
Τυγχάνω οἰηθεὶς 307.

Υ.

Ὑπογραφεὺς 309.

Φ.

Φιλαρχαῖος 292.